www.e-rara.ch

Loukianou hapanta

Lucianus

Basileae, [1619]

Universitätsbibliothek Basel

Shelf Mark: Bc VI 155-158

Persistent Link: https://doi.org/10.3931/e-rara-28568

Tomus IIII.

www.e-rara.ch
Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

Visual Library

Catalog

B. c. VI. 158

B. c. VI. 158.

LVCIANI
SAMOSATENI
OPERVM

Tomus IIII.

Cum

GILBERTI COGNATI

E T

IOANNIS SAMBVCI

Annotationibus:

Quas ad calcem vniuſcuiuſq; DIALOGI adjectas, caſtigatiores & ditiores deprehendes.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK BASEL

BASILEAE.

MUSEUM
REM. FALSCH
BASIL.

DEORVM Dialogi.

ΔΙΟΣ ΚΑΙ ΓΑΝΥΜΗΔΟΥΣ

IOVIS ET GANYMEDIS.

Iacobo Micyllo interprete.

ΙΥΠΙΤΕΡ.

ΑΓε, ὦ Γανυμηδες, ἥκομεν γὰρ ἔνθα ἐχρῆν, φίλησόν με ἤδη, ὅπως εἰδῇς ἀκίνητι ῥάμφῳ καὶ ἀγκύλον με ἔχοντα, ἀλλ' ὄνυχας ὀξεῖς, ὁποῖα ἱρακάνομαι δοκῶ σοι πλωτὸς εἶν ἀλκῶν Γα. ἄνθρωπε, ἐκ ἀητὸς ἄρτι ἤμην, καὶ καταπλάμενος ἥρπασάς με ἀπὸ μέσου τοῦ ποιμνίου; πῶς ἔστιν τὰ μὴ πτερά σοι ἐκεῖνά σοι ἐξῃρῆσθαι, σὺ δ' ἄπτερος καὶ ἤδη ἀναπεφηνας; Ζ. ἀλλ' ὅτι ἄνθρωπος, ὁρᾷς, ὦ μειράκιον, ὅτι ἀητός. ὁ δὲ πάντων βασιλεὺς τῶν θεῶν οὗτός ἐμι, ὃς τὸν παρόντα καιρὸν ἀναλάξας ἐμαυτόν. Γα. τί φῂς; σὺ γὰρ ὁ Πὰν ἐκεῖνος; εἶτα πῶς σύριγγα ἐκ ἔχεις, οὐδὲ κέρατα;

AGe, ô Ganymedes (peruenimus.n. quò oportebat) osculare me iã: vt videas non ampliùs rostrũ aduncũ me habere, neq; vngues acutos, neq; alas, qualis videbar tibi modò cùm vò lucris esse apparebã. GAN. Mi homo, ánnon aquila modò fuisti, ac deuolans rapuisti me à medio ouili? Quo pacto igitur alæ illæ ablatæ tibi sunt, tu verò ipse alius quispiã subitò apparesti? IVP. Sed neq; homo quẽ vides, adolescentule, neq; aquila, sed omnium rex deorũ ego ipse sum, qui meipsum ad tẽpus ista trãsformaui. GA. Quid ais tu? Pan ille es? deinde quomodo fistulã nõ habes, neq; cor-

ρατα, οὐδὲ λάσιον ἔτα τὰ σκέλη; Ζ. μόνον γὰρ ἱκανὸν ἡγῇ θεὸν; Γα. ναί. καὶ θύομέν γε αὐτῷ ἔνορχιν τράγον ἐπὶ τὸ σπήλαιον ἄγοντες, ἔνθα ἔστηκε. σὺ δὲ ἀνδραποδίσης τις ἔναί μοι λοκᾶς. Ζ. ἀτάρ μοι, Διὸς δὲ οὐκ ἤκουσας ὄνομα, οὐδὲ βωμὸν εἶδες. ἐν ᾧ Γαργάρῳ τῷ ὄρει, ᾗ βροντῶν, ὃς, καὶ ἀστραπὰς ποιοῦντος; Γα. σὺ, ὦ βέλτιστε, φὴς εἶναι, ὃς πρώην κατέχεας ἡμῶν τὴν πολλὴν χάλαζαν, ὁ νιφετὸν ὑπὲρ ἄνω λόμενος, ὁ ποιῶν τὴν ψόφον, ᾧ τὴ κεῖθεν ὁ πατὴρ ἔθυσεν; ἔτα τί ἀδικῶν τὰ μὲ ἀνήρπασας, ὦ βασιλεῦ τῶν θεῶν; τὰ δὲ πρόβατα ἴσως οἱ λυκοὶ διηρπάκασι ἤδη, ἡμῖν ἐκπεπεισόντες. Ζ. ἔτι γὰρ μέλει σοι τῶν προβάτων ἀθανάτῳ γεγενημένῳ, καὶ ἐνταῦθα σωσομένῳ μετ' ἡμῶν; Γα. τί λέγεις; οὐχὶ κατάξεις με ἤδη ἐς τὴν Ἴδην τήμερον; Ζ. οὐδαμῶς ἐπεὶ μάτην ἂν τὸς ἔλων ἀντὶ θεοῦ γεγενημένος. Γα. οὐκοῦν

nua nec hirsutus es crura? IVP. *Solum enim illum existimas Deum?* GA. *Etiam: atq; adeò sacrificamus ipsi, coleatum hircum ad spelunca agentes, in qua ipse positus est. Tu verò* [b] *plagiarius quispiam videris mihi esse.* IVP. *Dic mihi, Iouis verò nomen non audîsti? neque etiam* [c] *aram vidisti illius in Gargaro, pluentis scilicet atq; tonantis, & fulgura facientis?* GAN. *Tu te, optime vir, ais esse, qui paulò antè effudisti nobis copiosè grandinem, qui habitare supra nos diceris, faciens strepitum, cui arietem pater sacrificauit? Denique quídnam improbè tentantem me sursum rapuisti rex Deorum? Iam verò & oues fortasis lupi diripuerunt, desertas illas inuadendo.* IVP. *Adhuc enim cura est tibi ouium, immortali facto, & hîc conuersaturo nobiscum?* GAN. *Quid dicis? An non deduces me tandem in Idam hodie?* IVP. *Nequaquam, quoniam frustra aquila fuissem pro deo factus.* GAN. *Igitur*

οὐκοῦν ἐπὶ ζητήσει με ὁ πατὴρ, καὶ ἀγανακτήσει μὴ εὐθέως ἥκοντα, κἀγὼ πληγὰς ὕστερον λήψομαι, καταλιπὼν τὸ ποίμνιον. Ζ. οἶδε γάρ σε ἱκανῶς ὅ τι πράττεις; Γα. μηδαμῶς. ποθῶ γὰρ ἤδη αὐτόν. ἀλλ' ἀπάξεις με, ὑπισχνοῦμαί σοι καὶ ἄλλον παρ' αὐτοῦ κεῖνον τυθήσεσθαι λύτρα ὑπὲρ ἐμοῦ. ἔχομεν δὲ τὸν τελευταῖον μέγαν, ὃς ἥκιστα πρὸς τὸν νομέα. Ζ. ὡς ἀφιλὴς ὁ παῖς οὗτος, καὶ ἀπροϊκος, καὶ αὐτὸ δὴ τοῦτο, παῖς ἔτι. ἀλλ' ὦ Γανυμήδους, ἱκανὸν μὲν πάντα χαίρειν ἔα, καὶ ἐπιλάθου αὐτῶν, καὶ ποιμνίου, καὶ τῆς Ἴδης. σὺ δὲ (ἤδη γὰρ ὑπερᾴνει) πολλὰ μὲν ποιήσας ἐντεῦθεν καὶ τὸν πατέρα, καὶ τὴν πατρίδα, καὶ αὐτὴ μὲν τυρὸν καὶ γάλακτος ἀμβροσίαν ἔδη, καὶ νέκταρ πίῃ. τοῦτο μέν τοι καὶ τοῖς ἄλλοις ἡμῖν αὐτὸς παρέξεις ἐγχέων, τὸ δὲ μέγιστον, οὐκέτι ἄνθρωπος, ἀλλ' ἀθάνατος γενόμενος· καὶ ἀστέρα σου φανῆναι ποιήσω λαμπρὸν, μὴ ὅλως οὐ-

Igitur inquiret me pater, & indignabitur non mueniens, verberaq; postea capiam, relinquens ouile IVP. *Vbi ille videbit te?* GAN. *Nec quaquam: desidero verò iam ipsum. Quòd si verò dimittes me, promitto tibi, & alium hircum ab ipso immolatū iri, redemptionis preciū pro me videlicet. Habemus autem triennem illū, & magnū, qui præit cæteris in pascua.* IVP. *Quàm simplex hic puer est, & minimè malus: atque idipsum solum, puer adhuc. Verùm, ô Ganymedes, illa quidem omnia valere sine, & obliuiscere ipsorum ouilis videlicet, & Idæ. Tu autē iam enim cœlestis es) multa benefacies hinc & patri & patriæ. Ac pro lacte quidem & caseo Ambrosiam edas, & Nectar bibas. Hoc tamē & alijs nobis ipse infundendo præbebis. Quod autem maximum est, non amplius homo, sed immortalis eris, atque etiam*

sydus tuum apparere faciam pulcherrimum: & omnino se-

δαίμων ἔσῃ. Γα. ἦν δὲ παί-
ζειν ἐπιθυμήσω, τίς συμπαίξει
τοί μοι; ἐν γὰρ τῇ Ἰδῃ πολλοὶ ἡμῖν
συνήκμασαν. Ζ. ἔχεις καὶ
ταῦτα τὸν συμπαιξόμενόν σοι
τόδον ἔρωτα, καὶ ἀστραγάλους
μάλα πολλούς. θάρρει μόνον, καὶ
φαιδρὸς ἴσθι, καὶ μηδὲν ἐπὶ πό-
θῳ τῶν ἐνθάδε. Γα. τί δὲ ὑ-
μῖν χρήσιμον ἂν γένοιμι; ἢ
ποιμαίνειν δεήσει καὶ ταῦθα;
Ζ. οὔκ. ἀλλ' οἰνοχοήσεις, καὶ
ἐπὶ τῆς νέκταρος τραπέξης, καὶ ἐπὶ
μιχλήσῃ τῷ συμποσίῳ. Γα. τοῦτο
μὲν ῥᾴδιον. οἶδα γὰρ ὡς χρὴ
ἐγχεῖσαι τὸ γάλα, καὶ ἀναδῆσαι
τὸ κισσύβιον. Ζ. ἰδοὺ πάλιν
οὗτος γάλακτος μνημονεύει,
καὶ ἀνθρώποις διακονήσεσθαι
οἴεται. ταυτὶ δ' ὑρανὸς ὅτι, καὶ
πίνομεν, ὥσπερ ἔφην, τὸ νέκ-
ταρ. Γα. ἥδιον, ὦ Ζεῦ, ἢ γά-
λακτος; Ζ. ἴσῃ μετ' ὀλίγον,
καὶ γευσάμενος οὐκέτι ποθή-
σεις τὸ γάλα. Γα. λοιμόσο-
μαι δῆτα τῆς νυκτὸς, ἣ μετὰ τοῦ
ἡλικιώτου ἔρωτος; Ζ. οὐκ. ἀλ-
λὰ διὰ τοῦτό σε ἀνήρπασα, ὡς
ἅμα

lix eris. GAN. Si verò ludere cupiam, quis colludet mecum? in Ida enim multi coætanei eramus. IVP. Habebis & hic colluſorem tibi hunc Cupidinem, & aſtragalos valde multos. Confide ſolùm, & lætus ſis, & nihil deſideres inferiorum. GAN. Quid verò vobis vtilis ero? An oues paſcere oportebit & hîc? IVP. Non ſed miniſtrabis vinum, & ad nectar paulò pòſt ordinaberis, & procurabis conuiuium. GAN. Hoc quidem non difficile. ſcio enim vt oporteat effundere lac, & coronare poculum paſtorale. IVP. Vide, rurſus hic lactis meminit, & hominibus ſe miniſtrare putat. Hoc verò cœlum eſt, & bibimus) quemadmodum dixi) nectar. GAN. Dulcius, ô Iupiter, lacte? IVP. Scies poſt puſillum: & cùm guſtaueris, non amplius deſiderabis lac. GAN. Porrò vbi dormiam nocte? An cum coætaneo Cupidine? IVP. Non, ſed ob hoc te rapui vt ſimul

κμα καθεύδοιμι. Γα. μόνος γὰρ οὐκ ἂν ἡδέως, ἀλλ' ἥδιόν σοι καθεύδειν μετ' ἐμοῦ; Ζ. ναὶ μεταλγετοιάτου, οἷος εἶ σύ, Γανυμήδης, ἄτω καλός. Γα. τί γάρ σε πρὸς τὸν ὕπνον ὀνήσει τὸ κάλλος; Ζ. ἴσως τί θέλγητρον κεῖνο, καὶ μαλακώτερον ἐπάγει αὐτόν. Γα. καὶ μὲν ὅγε πατὴρ ἤχθετό μοι συγκαθεύδοντι, καὶ διηγεῖτο ἑωθεν, ὡς ἀφεῖλον αὐτῷ τὸν ὕπνον σκιρτῶν, καὶ λακτίζων, καί τι φθεγγόμενος μεταξὺ ὁπότε καθεύδοιμι, ὥστε παρὰ τὴν μητέρα ἔπεμπέ με ὀψιμαθησόμενον τὰ ποιά. ὥρα δή σοι, ἃ δρᾷ τεθόν, ὡς φῂς, ἀνέρπασάς με, καταθεῖναι αὖθις ἐς τὴν γῆν, ἢ πράγματα ἔξεις ἀγρυπνῶν. ἐνοχλήσω γάρ σε σωτηρίως σκιρτῶν. Ζ. τοῦτ' αὐτό μοι τὸ ἥδιον ποιήσεις, ἂς ἀγρυπνήσαιμι μετὰ σοῦ. φιλῶν γὰρ διατελέσω πομπάκις, καὶ σκεπάζων. Γα. αὐτὸς ἂν ἀδάης, ἐγὼ δ' ἅμα καθεύδοιμεν. GAN. Solus enim non possis, sed suauiùs dormire mecum? IVPIT. Profectò, cum tali qualis es tu Ganymedes, sic pulcher. GAN. Quid enim te ad somnium iuuabit pulchritudo? IVP. Habet quoddam incitamentum suum, & facilius inducit ipsum. GAN. Atqui pater meus indignabatur mihi condormienti, & narrabat manè quomodo turbarem ipsius somnum, volutatus per lectum, calcitrans, & aliquid loquens interea quando dormirem: quapropter ad matrem remittebat me dormiturum sæpiusculè. Quare si ob hoc, vt ais, rapuisti me, tempus tibi est vt me denuò in terram deponas, vel molestia afficieris nihil dormiendo. Turbabo enim te continuè, huc atque illuc me reuoluens. IVPIT. Atqui hoc ipsum suauissimum mihi feceris, si tecum vigilare cogas. Osculabor enim interea te eò sæpiùs, & amplectar. GAN. Ipse videris, ego

ἢ λοιμώδομαι, οὗ καταμελῶν τῶν. Ζ. ἀσόμεθα τότε τί πρακτέον· νῦν δὲ ἄπαγε αὐτὸν, ὦ Ἑρμῆ, καὶ πιόντα τῆς ἀθανασίας, ἄν τι οἰνοχοήσοντα ἡμῖν, διδάξας πρότερον ὡς χρὴ ὀρύττειν τὸν σκύφον.

verò dormiãte deosculante. IVP. Videbimus tunc quid agendum. Nunc verò abhuc ipsum, Mercuri, & posteaquam de immortalitate biberit, duc vt ministret nobis, docens priùs quemadmodum oporteat porrigere scyphum.

GILBERTI COGNATI ANNOTATIONES.

a AGE. ô Ganym.] *Ganymedes fuit Troïs regis Dardanorum filius, & ob admirandam pulchritudinem à Ioue in forma aquilæ raptus, quem Iupiter pincernam suum fecit, amota Hebe Iunonis filia, eò quòd dum Ioui apud Aethiopas comessanti ministraret, cadens, corporis sui obscœna omnibus superis monstrauit. Xenophon in Sympoſio docet, Ganymedem in cœlum à Ioue perlatum, non corporis, sed animi gratia, etsi Iouem pungam Lucianus. Silius Italicus ad Ganymedis & Europæ fabulas respicit, quum sic loquentem voluptatem introduxit lib. 15.*

Illa ego sum, verti superum quæ sæpe parentem
Nunc auis in formam, nunc torua in cornua tauri.

b Plagiarius.] *Qui liberum hominem proseruo vendit, vel seruum alienum tanquam suum. Xenoph.* ἀνδραποδίσεως ἐὰν τις ἐπικαλεῖ ὡς λαμβάνοντας τὸ ὁμολογίας μισθὸν ἀφ' οὗ τὸ ἀναγκαῖον αὐτοῖς ἄνευ ἀφελέσθαι, παρ' ἃ οἱ λάβοιεν τὸ μισθὸν, id est, *quæ libertatis venditores vocat*, &c. *c* Aram vidisti in Gargaro.] *Græci Iouem ὄμβριον venerati sunt, vt testatur Strabo, & Pausanias: & ὑέτιον, vt Arrianus & Phurnutus, Latini* Pluuium *verterunt. Tibullus:*

Arida nec pluuio supplicat herba Ioui.

Seneca lib. natur. quæst. 4. hoc carmen Ouidio tribuit. d Sydus

dus tuum.] *Aquarium notat, quem Ganymedem esse perhibent. Licet ἄρχον κυρίως sit, non ἀρχὴς, aquarius.*

ΗΡΑΣ ΚΑΙ ΔΙΟΣ. *IVNONIS ET Iouis.*

Iacobo Micyllo interprete.

IVNO.

ΕΞ οὗ τὸ μειράκιον τόδε, ὦ Ζεῦ, τὸ φρύγιον ἀφ' τῆς Ἴδης ἁρπάσας, δεῦρο ἀνήγαγες, ἔτι παλαιόν μοι πεποίηκας τὸν νοῦν. Ζ. καὶ τοῦτο γάρ, ὦ Ἥρα, ζηλοτυπεῖς, ἤδη ἀφιξόμενος οὕτω τὸ ἀληθὲς ὑπολαμβάνω; ἐγὼ δὲ ὤμην τὰς γυναιξὶ μόνας χαλεπὰς εἶναι, ὁπόσην ἂν, δόξειν ἐμοί. Ηρ. οὐδὲ ἐκεῖνα μὲν οὐ ποιεῖς, οὐδὲ πρέποντα σαυτῷ, ὃς ἁπάντων θεῶν δεσπότης ὤν, ἀφεὶς τὸν νόμῳ γαμετὴν, ἐπὶ τὴν γῆν ἔρχῃ μοιχεύσων, χρυσίον ἢ ταῦρον γενόμενος. πλὴν ἀλλ' ἐκεῖναι μέν σοι ἔφθησαν γῆν μνήσασι, τὸ δὲ Ἰδαῖον τοῦτο παιδίον ἁρπάσας, ἀνέπτηνε: διὰ τοῦτο ἐπὶ τῷ παιδὶ καὶ εἰς οὐρανὸν ἀνήρπασας.

EX quo adolescentulũ hunc Iupiter, Phrygium istum dico, ab Ida raptum huc adduxisti, minùs aduertis mihi animum. IVP. Etiam ob hunc, Iuno, zelotypa iam es, simplicem adeò, & minimè molestum? Ego verò putabam mulieribus solis difficilem te esse quæcunq; conuersantur mecum. IVN. Neque illa quidem rectè facis, nec conuenientia tibi ipsi, qui omnium deorum dominus existens, relinquens me legitimam vxorem, in terram descendis, ibiq; adulteria exerces in aurum vel taurum conuersus. Veruntamen illæ mulieres tibi in terra manent: ideo autẽ hoc puero rapto, etiam in cœlum subuolâsti,

ἀνίπῃς, ὦ γενναιότατε θεῶν, καὶ σιωοικεῖ ναῶ ἐπὶ λιφαλῷ μοι ἐπαχθεὶν, οἰνοχοῦν δὲ ὥσ λόγος. ἵτως ἐπόρδς οἰνοχόων; μὴ ἀπηγορεύκασιν ἄρα ἤτι Ηβη μὴ ὁ Ηφαιστος, ἀλλ' ἀκονόμβροι; σὺ δὲ καὶ τὼ κυλικα οὐκ ἂν ἄκως λάβοις παρ' αὐτῆ, ἢ φιλῶς πρότερον αὐτὸν, ἅπάντων ὁρώντων, καὶ τὸ φίλημα δι ἥλιον τὸν νέκταρος. καὶ ἀλλ' ἔζ οὐδὲ λιψῶν ποκάκις ἀπεῖς πιεῖν, ἐνίοτε δὲ καὶ ἀρχυσάμβ' μόνον, ἔῤῥωκας ἐκεῖνο. καὶ πιόντ' ἀρλαβὼν τὼ κυλικα, ὅσον ὑπόλοιπον ἐν αὐτῇ, πίνεις, ὅθεν καὶ αὐτὸς ἔπιες, καὶ ἔνθα πεσὼν μοσι τὰ χείλη, ἵνα καὶ πίνῃς ἅμα καὶ φιλῇς. πρώλω ὁ βασιλεὺς, καὶ ἅπάντων πατὴρ, ἀρθέμβ' τὼ ὀφρύδα, καὶ τὸν μέτωπον, ἱκάθηδ' ἀσφαλίζον μετ' αὐτὸ, πώγωνα τηλικοῦτον καθαμιβ'. πάντα οἶδ' ὁρῶ ταῦτα, ὥστε μὴ φῖς λανθάνειν. Ζ. καὶ τί δεινὸν,

Deorum generosissime: & nunc ille nobiscum habitat, ante oculos mihi adductus quasi æmulus, scilicet vt pocillaretur tibi, sic enim aiunt. Itáne verò carebas pocillatoribus? aut defessi adeò sunt & [a] Hebe & Vulcanus ministrando? Tu verò etiam calicem non aliter ab eo accipis, quàm simul & osculatus fueris ipsum antea, omnibus aspicientibus: & deosculatio ista suauitio tibi est ipso [b] Nectare. Atque ob id sæpenumerò neque sitiens petis bibere. Interdum autem etiam vbi degustâsti solùm, porrigere ipsi soles: deinde bibente ipso arripis calicem, & quantum in illo reliquum restat, omne ebibis, ea etiam parte, vnde ipse bibit, & vbi applicuit labia, vt & bibas simul & osculeris. Nuper verò rex ille atque omnium pater, depositis ægide ac fulmine, sedisti talis ludendo cum illo, barbam ipse tantam & tam promissam habens. Omnia igitur video hæc: quare ne te putes latere. IVP. *At*

quid

ῳδὴν, ὦ Ηρα, μεθάκιον ἔτω καλὸν μεταξὺ πίνοντα καταφιλεῖν, καὶ ἁβρύνεσθαι, ἀμφοῖν, καὶ τῷ φιλήματι, καὶ τῷ νέκταρι; ἢν γοῦν ἐπιτρέψῃς αὐτῷ καὶ ἅπαξ φιλῆσαί σε, ἀνίτι μέμψῃ μοι, πολυτιμότερον τὸ νέκταρ ὁμολογῶ τὸ φίλημα εἶναι. Ηρα. παῦσαι σῶν οὐδὲ λόγοι. ἐγὼ δὲ μὴ ὅτα μανείην, ὡς τὰ χείλη προσφυσήσαιμι τῷ μαλθακῷ τούτῳ φρυγὶ ὅτως ἐκτεθηλυμένῳ. Ζ. μὴ μὰ τοὺς θεοὺς, ὦ γύναι, τοῖς ἀνδρικοῖς. οὐδὲ γὰρ ὁ θηλυδρίας, ὁ βάρβαρος, ὁ μαλθακὸς, ἁβρύνων καὶ ποθῶν ὅτως. ἐγὼ δὲ βούλομαι δὲ ἁπλῶς, μή σε παροξύνω ἐπιπλέον. Ηρα. ἔασον καὶ γαμήσεται αὐτὸν ἐμοῦ ἕνεκα. μέμνησο γοῦν, οἷα μοι δρᾷ τὸν οἰνοχόον τοῦτον ἐμπαροινεῖς. Ζ. οὔκ, ἀλλὰ τὸν Ηφαιστον ἔδει τὸν σὸν υἱὸν οἰνοχοεῖν ἡμῖν χωλαίοντα, ἐκ τῆς καμίνου ἥκοντα, ἔτι τῶν σπινθήρων ἀναπλεων, ἄρτι τῷ πυ-

quid adeò graue hoc, ô Iuno, adolescentem adeò pulchrum inter bibendum deosculari, oblectarique vtroque illo, & osculo videlicet, & nectare? Quid si igitur vel semel committam ipsi quò & te osculetur? non ampliùs accusabis me quòd osculum illius præstantius nectare puto. IVN. Pudiconum verba hæc sunt. Ego verò non ita insaniuero, vt labia mea applicem molliculo isti Phrygi, adeóque effœminato. IVP. Ne conuicieris, generosissima tu, amores meos. nam mulierosus, & barbarus & molliculus iste, suauior & desiderabilior, nolo autem dicere ampliùs ne te magis irritem. IVN. Vtinam verò & in vxorem illum duxisses mei gratia. Memineris igitur qualibus mihi propter egregium istum pocillatorem temulenter insultes. IVP. Imò verò Vulcanum istum filium tuum oportebat nobis pocillari, claudicantem videlicet, & à fornace venientem, plenum adhuc fauillis, depo-

πυράγραν ἀπὸ τιθέμενον, καὶ ἀπ' ἐκείνων αὐτῶν τῶν δακτύλων λαμβάνειν ἡμᾶς τὸ κύλικα, καὶ ἐπισπασαμένους φιλῆσαι μεταξύ, ὅν οὐδ' ἂν ἡ μήτηρ σὺ ἡδέως φιλήσειας, ὑπὸ τῆς ἀσβόλης καπνωλαμένον τὸ πρόσωπον, ἡδέως ταῦτα. οὐ γὰρ καὶ πρὸ πολλοῦ ὁ οἰνοχόος ἐκεῖνος ἐμπρέπει τῷ συμποσίῳ τῶν θεῶν ὁ Γανυμήδης ἢ λαταπιμπλίς αὖθις ἐς τὸν Ἴδην λαθρὸς γὰρ, καὶ ῥοδοδάκτυλος, καὶ ἐπισταμένως ὀρέγειν τὸ ἔκπωμα. καὶ ὅ σε λυπεῖ μάλιστα, καὶ φιλεῖ ἥδιον ἢ νέκταρ. Ηρα. νιῶ καὶ χωλὸς, ὦ Ζεῦ, ὁ Ηφαιστος, καὶ οἱ Δάκτυλοι αὖ ἀναξιοι ἢ σῆς Δυλικος, καὶ ἀσβόλης μιστὸς ὄν. καὶ ναυτιᾷς ὁρῶν αὐτὸν, ἐξόντα τὸν καλὸν διομάτην τῆδον ἡ Ἰδη ἀνέθρεψε. πάλαι δὲ οὐκ ὤρας ταῦτα, οὐδ' οἱ σπινθῆρες, οὐδ' ἡ καπνὸς ἀπέπρεπον σε μὴ οὐχὶ πίνειν παρ' αὐτῷ. Ζ. λυπεῖς, ὦ Ηρα, σαυτὴν ὀλίγον ἄκθο, κἀμοὶ ἐπιτέρπεις ἢ ἔρωτα ζηλοτ

deposito paulò antè forcipe, & ab illis ipsis digitis accipere nos calicem, attractumq; ipsum interea osculari: quem neque mater tu libenter osculata fueris, præ fuligine quasi tota illius exusta facie. Nimirum suauia hæc, adeóque multum etiam pocillator iste cohonestat deorum conuiuium, nónne? Ganymedes autem hic iterum in Idam hinc ablegandus est? quippe purus ac candidus est, & digitos habet roseos: etiam scitè porrigit poculum: & quod te omnium mordet maximè, osculatur dulcius ipso nectare. IVN. Nunc tibi & claudus, ô Iupiter, Vulcanus est, & refertus fuligine, atq; nausea afficeris cùm aspicis ipsum, ex quo formosum & capillatum istum Ida enutrijt. Olim autem non videbas ista, neq; tum fauillæ, neque fornax ipsa absterrebat te, quò minus biberes illo porrigente. IVP. Aegritudine, Iuno, te ipsam officis, nihil aliud, & mihi amorem eò ma-

ζηλοτυπῶ. εἰ δὲ ἄχθῃ παρὰ παιδὸς ὡραίου δεχομένη τὸ ἔκπωμα, ἐμοὶ μᾶλλον ὁ υἱὸς οἰνοχοείτω. σὺ δέ, ὦ Γανύμηδες, ἐμοὶ μόνῳ ἀναδίδου τὸν ἄμβροτον, κἂν ἐφ' ἑκάστῃ, δὶς φίλει με, κἂν ὅτε πλήρη ὀρέγοις, κἂν αὖθις ὁπόταν παρ' ἐμοῦ ἀφλαβῶν λάβοις. τί τοῦτο δακρύεις; μὴ δίδυθι· οἶμαι γὰρ, ἐάν τις σοι λυπηρὸν ᾖ.

eò magis incendis, quia zelotypa es. Quòd si verò grauaris à puero formoso accipere poculum, tibi quidem filius miniſtret potum. Tu verò Ganymedes mihi ſoli imple calicem, & cum quolibet bis oſculare me, & cùm plenũ porrigis, & cùm rurſum à me illum accipis. Quid ita lachrymaris? Ne metue. Malum enim feret, ſiquis tibi moleſtius eſſe voluerit.

GILBERTI COGNATI ANNOTATIONES.

a Hebe.] *Dea pubertatis ac iuuentutis, & vt Heſiod. in Theogon. ſcribit, vxor Herculis ex Iunone & Ioue prognata.*

b Nectare.] Νέκταρ, ἀνὲ particula, quæ priuationem ſignificat, & κτάνω, interficio. *Potus eſt Deorum, de quo Hom. Il. α. Erat item vini nomen in Lydiæ Olympo ex fauis permixtis, & floribus odoratis concinnati, vide in Chil. Eraſm. Nectaris flos.*

ΑΦΡΟΔΙΤΗΣ ΚΑΙ Ἐρωτος. VENERIS ET Cupidinis.

Eraſmo Roterodamo interprete.

VENVS.

Τέκνον Ἔρως, ὅρα, οἷα ποιᾷς. δοῦλα γὰρ τῇ μητρί λέγω, ὑπὸ τοῦτο τὸν ἀνθρώπους ἀναπέθδς, καθ' ὧν ἅπαν ἀπόλλων ἐργάζῃ. ἀπὸ καὶ τὰ ἐν τῷ οὐρανῷ, ὅσ' ἔμ

CVpido gnate, vide quæ facis flagitia. Nõ iã de his loquor, quæ te impulſore mortales in terra, vel in ſe quiſq, vel in uicẽ aliỹ in alios faciunt: verùm de his ago, quæ apud ſuperos quoq deſignas, qui quidem

a Iouem

Δία πολυμορφον ἐπιδέκνυ-
σθαι, ἀπαράπλωτον ὅ, τι ἂν σοι ἐπὶ
τῷ καιρῷ δοκῇ. τὴν σεληνὴν δὲ
καθαρᾶς ἐν τῷ ἠθρανῷ, ἢ ἥλιον
ἢ παρὰ τῆς Κλυμένης βραδύνειν
ἴσως ἀναγκάζῃς ἐπιπλήσσον-
τος ἢ ἱππασίας. ἃ μὲν γὰρ ἐς
ἐμὲ τὴν μητέρα ὑβρίζῃς, θαρ-
ρῶν ποιεῖς. ἀπὰ σὺ ὦ τολμη-
ρότατε, καὶ τὴν Ῥέαν αὐτὴν
γραῦν ἤδη, καὶ μητέρα ἁπά-
των θεῶν, ἀνιπτόποδα παθεῖν,
ἢ τὸ φρύγιον μοράκιον
ἐκεῖνο ποθεῖν. ἢ νεῶ ἐκάνη μὲ
μηνγὴ ἀπὸ σοῦ, ἢ ζυξαμένη τὰς
λέοντας, παραλαβοῦσα ἢ τοὺς Κο-
ρύβαντας, ἅτε μανικὸς ἢ αὐ-
τὰς ὄντας, ἄνω ἢ κάτω τὴν Ι-
δὴν πλεμπολῦσιν. ἃ μὲν ὁλοὺ-
ξὶς ἐπὶ τῷ Ἄττῃ, οἱ Κορύβαντες
ὁ, ὃ μὲν αὐτοτίμενος ξιφητῷ χω-
χωῦ. ὁ δὲ ἀνὴρ τὴν ὑόμλυν ἵνα
μὴ μὴ νῶς δὲ τὸ ὀρῶν. ὁ δὲ κύλε
τῷ λίρατι, ὁ δὲ ἐπιβομβεῖ τῷ
τυμπάνῳ, ἢ ἐπικυπεῖ τῷ κυμ-
βάλῳ ἢ ὅλως, θόρυβός ἢ μα-
νία τὰ ἐν τῇ ἰδῇ ἅπαντά ἐστι.
λιδὲ τοίνυν ἅπαντα. δι-

[a] *Iouem ipsum cogis varias assumere formas, in quod cunq; tibi pro tempore visum fuerit, eũ vertens. Tum Lunã è cœlo deuocas. Quin & Solẽ aliquoties cõpellis lentum apud Clymenẽ cessare, aurigandi muneris oblitum. nam quicquid iniuriæ in me matrẽ etiam cõmittis, audacter ac tanquam tutò facis. Verũ tu quidẽ, ô deorum omniũ confidentissimè,* [b] *Rheã insuper ipsam iã annũ, præterea deorum tam multorum parentem, eò pepulisti, vt pusionẽ adamet, atq; in Phrygium illum adolescentulum depereat: ac tua iam opera insanit, iunctis q; leonibus, adhibitis itẽ Corybantibus, (quippe qui & ipsi furore quodam sunt afflati) per Idã montem sursum ac deorsum oberrat, ipsa quidẽ Attis amore eiulans: cæterũ Corybantũ alius suum ipse penem ense desecat, alius demissa coma p montes fertur insanus, alius cornu canit, alius tympano tonat, alius cymbalo perstrepit: breuiter, omnis vndequaq; Ida tumultus atq; insaniæ plena est Proinde cũcta timeo: meo tuo*

ἐφ' τὸ τοιοῦτο, ἢ τὸ μέγα σε κακὸν τικτοῦσα, μὴ ἀφρανέσαι ποτὲ ἡ Ῥέα, ἢ καὶ μᾶλλον ἔτι ἐν αὐτῇ ᾖ, κελεύσῃ τοὺς Κορυβάντας συναβόντας σε διασπάσαι, ἢ τοῖς λέουσι παραβαλεῖν, ταῦτα ὑποκινδυνεύοντά σε ὁρῶσα. Ερ. θάρρει μῆτερ, ἐπεὶ καὶ τοῖς λέουσιν αὐτοῖς ἤδη ξυνήθης ἐμοὶ καὶ πολλάκις ἐπαναβὰς ἐπὶ τὰ νῶτα, καὶ τῆς λόφης λαβόμενος, ἱππεύω αὐτούς. οἱ δὲ σαίνουσί με, καὶ πλὴν χεῖρα ἀνέχόμενοι. ἐς τὸ στόμα στείλιχμησάμενοι, ἀφίδασί μοι. αὐτὴ μὲν γὰρ ἡ Ῥέα, πότε ἆρ' ἐκείνη σχολὴν ἀγάγοι ἐπ' ἐμοί, ὅλως ὅσα ἐν τῷ Ἄτῃ; ἰδοὺ δοῖ τί ἐγὼ ἀδικῶ, δακνὺς τὰ καλὰ οἷά ἐστιν; ὑμᾶς δὲ μὴ ἐφίεσθαι τῶν καλῶν, μὴ τοίνυν ἐμοὶ αἰτιᾶσθαι τοῦτων. ἢ θέλεις σύ, ὦ μῆτερ, αὐτὴ μηκέτι ἐρᾶν, μήτε σὲ τοῦ Ἄρεως, μήτ' ἐκεῖνον σέ; Αφρο. ὡς δεινὸς εἶ, καὶ ἐραστὰς ἀπάντων. ἀλλὰ μὴ μοι

tuo ne tale quid accidat, quandoquidem te produxi, vt si quando resipiscat Rhea, vel potiùs si pergat insanire, Corybantibus imperet, vt te correptum discerpant, aut leonibus obiiciant. Hic me solicitat metus, quòd videam tibi periculum imminere. CVP. *Ocioso animo estio mater: siquidem leonibus etiam ipsis iam familiaris sum factus, ita vt sæpenumerò conscenderim eorum tergis, prehensaq; iuba, equitis ritu insidens illos agitem. At verò illi interim mihi caudis ablandiuntur, ac manum ori insertam receptant, lãbunt̃q; deinde mihi reddunt innocuã. Porrò Rheæ ipsi quando tandem vacauerit vt me vlciscatur, quum in Atte sit tota? Postremò quid ego pecco, quum res pulchras, vt sunt, offero ac demonstro? Vos ne appetite res pulchras, quare his de rebus ne in me crimen conferte. Num vis ipsa tu mater vti ne q; tu posthac Martem ames, neque ille te?* VEN. *Vt es peruicax, & nulla in re non superas? Attamen*

μνήσῃ μου ποτὲ τῶν λόγων. *men horum quæ dixi, alias quando memineris.*

GILBERTI COGNATI ANNOTATIONES.

ARGVMENTVM.

EIusdem ferè argumenti Dialogus sequitur Veneris quoque & Cupidinis, quem poëtæ Martis & Veneris filium, atque ingentis potentiæ amoris esse deum voluerunt. Pingitur imberbis, alatus, cæcus, & facem gestans atque sagittas, de eo extant carmina Marulli & Pij pontificis.

a IOVEM ipsum cogis varias assumere formas.] *Erasmus noster Chiliad.* 1, *Centuria* 3, *adagio primo* : *Aut regem aut fatuum nasci oportet : Quis nepos, inquit, quis balatro vnquam nugatius est nugatius, aut nequius nequam fuit, quàm Iupiter, cui regnum mundi dederunt poëtæ. Technis fallit vxorem, nunc cygnus, nunc taurus, nunc aurum factus, insidias struit mulierculis. Subornat Ganymedes, ac cœlum nobis implet. Hactenus Erasmus. Amoris impatientia se vertit in cuculum, in aquilam, in olorem & Satyrum, in Amphytrionem, in ignem, in pastorem, in serpentem, vt scribit Ouid. in* 6. *Metamorph.* *b* Rheam.] *Hoc nomine Cybele vocata est. Hanc poëtæ Iouis, & aliorum plurium deorum matrem dixerunt, eique quadrigam à quatuor leonibus tractam assignauerunt & capiti eius turritam coronam & sceptrum manibus addiderunt. Et cùm incederet, sacerdotes dicti Galli & Corybantes, sacro correpti furore, præcedebant cymbala pulsantes, alios item ad similem agentes rabiem.*

ΑΠΟΛ-

Eodem interprete.

APOLLO.

Τί γελᾷς, ὦ Ερμῆ; Ερ. ὅτι γελοιότατα, ὦ Απολλον, εἶδον. Απ. ἆρα ἐμέ, ὡς καὶ αὐτὸς ἀκοῦσαι ἔχω ξυγγελᾶν. Ερ. ἡ Ἀφροδίτη ξυνοῦσα τῷ Ἄρει κατέλημπται, καὶ ὁ Ηφαιστος ἔδησεν αὐτὸς ξυλλαβών. Απ. πῶς; ἡδὺ γάρ τι ἐρᾷν ἔοικας. Ερ. ἐκ πολλοῦ, οἶμαι, ταῦτα ἐλίως ἐθάρρουν αὐτός. καὶ πῃ πλὼ σύνοιδα φανὴ δισμὰ πδιθεὰς, ἤρ γάζετο ἀπιλθὼν ἐπὶ πλὼ λάμιμον, εἶτα ὁ μὲν Ἄρης ἐσήρχετο λαθών, ὡς ᾤετο, λαβορᾶν αὐτὸν ὁ Ἥλιος, καὶ λέγει πρὸς τὸν Ηφαιστον. ἐπεὶ δ' ἐπίδοι τὸ λέχος, καὶ ἐν ἔργῳ ἦν, καὶ ἐνδὸς ἐγγίγνεσθαι τῶν ἀρκύων, πδιπλέκεται μὲν αὐτοῖς τὰ δίσμα, ἐφίσταται δὲ αὐτοῖς ὁ Ηφαιστος. ἐκάνη μὲν δὴ (γὰρ ἔτυχε γυμ

QVid rides, Mercuri? MER. Quoniam maximè ridicula, Apollo, vidi. APOL. Dic igitur, vt & ipse audita illis tecum ridere possim. MER. Venus cum Marte concumbens deprehensa est, ac Vulcanus comprehensos illos vinculis constrinxit. APOL. Quomodo? Suaue enim quiddam dicere videris. MER. Longo iam tempore, opinor, cognitis his quis agebantur, expiscatus est illos, & lecto occultis quibusdam vinculis circundato, abiens ad fornacem opus faciebat. Post hæc Mars ingreditur secretò, vt quidem ipse putabat. Videt autem ipsum ex alto Sol, & rem ad Vulcanum defert. vbi igitur lectum conscendissent, & in opere essent, & iam intra retia tenerentur, circumuoluuntur ipsis quidem vincula, astat autem Vulcanus. Illa igitur (nam & fortè tum

γυμνὴ δ') οὐκ ἔχων ὅπως ἐγκαλύψαιτο αἰδουμένη. ὁ δὲ Ἄρης τὰ μὲν πρῶτα διαφυγεῖν ἐπεραίτο, καὶ ἠλπιζε ῥήξειν τὰ δεσμά. ἔπειτα δὲ σωὰς ἐν ἀφύκτῳ ἐχόμενον ἑαυτὸν, ἐκέτευε. Απ. τί δῆτα; ἀπέλυσεν αὐτὸὺς ὁ Ἥφαιστος; Ερ. οὐ δῆτα· ἀλλὰ ξυγκαλέσας τοὺς θεοὺς, ἐπιδείκνυται τῷ μοιχεύοντι αὐτοῖς. οἱ δὲ γυμνοὶ ἀμφότεροι κάτω νεύοντες, ξυνδεδεμένοι ἐρυθριῶσι καὶ τὸ θέαμα ἥδιστον ἐμοὶ ἔδοξε, μόνον γὰρ οὐτὸ γιγνόμενον τὸ ἔργον. Απ. ὁ δὲ χαλκεὺς ἐκεῖνος οὐκ ἀδεῶς ἔτι ἐδέκνυτο τῷ αἰσχρῷ τῶ γάμου; Ερ. μὰ Δί', ὅς γε καὶ ἐπιγελᾷ αὐτοῖς ἐρυθρός. ἐγὼ μέντοι, εἰ χρὴ τἀληθῆ εἰπεῖν, ἐφθόνουν τῷ Ἄρει, μὴ μόνον μοι χαίροντι τῷ καλλίστῃ θεᾷν, ἀλλὰ καὶ δεδεμένῳ μετ' αὐτῆς. Απ. ἆρ' ἂν καὶ δεδέσθαι ἂν ὑπέμεινας ἐπὶ τούτῳ;

Ερ.

nuda erat) pudore affecta, non habebat quò se tegeret. Mars verò ab initio fugere tentabat, sperabátque se vincula illa disrupturum esse: cæterùm posteaquam intellexit se vndique captum teneri, neque effugere quoquam posse, supplicare cœpit. APOL. Quid igitur? soluitne ipsos Vulcanus? MER. Nondum, sed conuocatis dijs spectandum ipsis exhibuit adulterium. Illi autem nudi ambo, & colligati mutuò, inclinatis deorsum capitibus erubescebant. Atq; adeò spectaculum hoc dulcissimum mihi visum est, cùm tantùm non ipsum opus exhiberent. APOL. At faber ille annon pudore afficitur etiam ipse cùm spectandam ita exhibet coniugij sui turpitudinẽ? MER. Non per Iouem, quippe qui etiam arrideat ipsis astans. Ego verò, si opus est verum dicere, inuidebam Marti, non solùm quòd cum formosissima dea adulterium exercuisset, sed etiam quòd colligatus cum ipsa vnà esset. APOL. Proinde & tu ligari hoc pacto sustineres?

MER.

Ερ. σὺ δ' ἀκάρ, ὦ Ἀπολλον; ἴδε μόνον ἐπιλθών. ἐπαινέσομαι γάρ σε, ἢν μὴ τὰ ὅμοια καὶ αὐτὸς ὀφθῇς ἰδών.

MER. *Tu verò non, Apollo? Aspice modò & accedens (collaudabo enim te) si non eadem ipse quoq; optabis vbi videris.*

GILBERTI COGNATI ANNOTATIONES.

ARGVMENTVM.

Martis & Veneris concubitus ab homero Odyss. 8 & Ouid. Metam. 4. narratur. Luciano in Demonacte.

MARINI DIALOGI.

ΔΩΡΙΔΟΣ, ΚΑΙ Γαλατείας. — DORIDIS ET Galatæ.

Erasmo Roterodamo interprete.

DORIS.

Καλὸν ἐραστὴν, ὦ Γαλάτεια, φασὶ τὸν Σικελὸν ποιμένα ποιμαίνειν σοι. Γα. μὴ σκῶπτε Δωρί· Ποσειδῶνος γὰρ υἱός ἐστιν, ὁποῖός ἄρ' ἦ. Δω. τί δ' οὖν, εἰ καὶ τοῦ Διὸς αὐτοῦ πᾶς ὢν ἄγευστος οὕτω καὶ λάσιος ἐφάνη, καὶ τὸ πάντων ἀμορφότατον, μονόφθαλμος; οἵα τὸ γνώσῃ ὑπῆσαι ἄρα τι αὐτὸν πρὸς τὴν μορφήν; Γα. ἐστὶ τὸ

Formosum amatorem, Galatea, nempe Siculum istum pastorem aiunt amore tui deperire. GALA. *Ne ride* [a] *Doris: etenim qualis qualis est, Neptuno patre progenitus est.* DOR. *Quid tum postea, si vel Ioue ipso sit progenitus, quum vsq; adeò agrestis atque hispidus appareat, quódque est omnium deformosissimum, vnoculus? An verò credis genus illi quicquam profuturum ad formam?* GAL. *Ne isthuc*

λάσιον αὐτ̃, κ̀ ὡς φῆς ἄγριον, ἀμορφόν ὄντ· ἀνδρῶδες γάρ. ὅ τε ὀφθαλμὸς ἐπιπρέπει τῷ μετώπῳ, οὐδὲν ἐνδεέστερον ὁρῶν, ἢ εἰ μέσον. Δω. ἔοικας, ὦ Γαλάτεια, ἐκ ἐρασθῆναι, ἀλλ' ἐρώμενον ἔχειν ἢ Πολύφημον, οἷα, ἐπαινεῖς αὐτόν. Γα. ἐκ ἐρώμενον, ἀλλὰ τὸ πάνυ ὀνειδιστικὸν τοῦτο οὐ φέρω ὑμῶν. καί μοι δοκᾶτε ὑπὸ φθόνου αὐτὸ ποιεῖν, ὅτι ποιμαίνων ποτὲ, ἀπὸ σκοπιᾶς παίζοντας ὑμᾶς ἐθέλων ἐπὶ τῆς ἠιόνος, ἐν οἷς πρόποσι ἡ Αἴτνης, καθὸ μεταξὺ τῶν ὀρῶν καὶ τῆς θαλάττης ἀγιαλὸς ἁρμονιώτατα, ὑμᾶς μὲν ὀλίγα προσέβλεψα, ἐγὼ δ' ἐξ ἁπασῶν μᾶλλον ἐθαυμάσθην ἢ μόνη μοι ἐπέσχε τὸν ὀφθαλμόν. ταῦτα ὑμᾶς ἀνιᾷ λέγοντος ὡς ἀμείνων ἁμὶ, καὶ ἀξιέρατος, ὑμεῖς δὲ παρόφθητε. Δω. ἀ ποιμένι μὲν ἐνδικᾶ μαλλὸν πλὼ ὄψιν

quidē ipsum, quòd hispidus est atq; agrestis, vt tu vocas, illum deformat: quin virile magis est. Porrò oculus mediain fronte, decet etiam, quo quidem nihilo segnius cernit, quàm si duo forent. DOR. Videris Galatea non amantem habere [b] Polyphemum, sed illum potiùs adamare: sic eum prædicas. GAL. Equidem haud adamo, sed tamen insignem infiam vestram insultandi opprobrandiq; petulantiā ferre non queo. Ac mihi nimirum inuidentia quadam istuc facere videmini, propterea quòd ille quum fortè aliquando gregem paseeret suum, nosq; è littorali specula in littore ludentes cerneret in prominentibus Actnæ pedibus, quà videlicet inter montem & mare littus se in longum porrigit, vos ne aspexerit quidem: at ego omnium vna visa sim formosissima, eóque in vnam me coniecerit oculum. Eares vos malè habet: nam argumentum est me forma præstantiorem esse, ac digniorem quæ amer: vos contrà fastiditas esse. DOR. An istud tibi putas inuiden-

ὄψιν ἔδοξας, ἐπίφθον & οἷα γιγονυῖα; καίτοι τί ἄλλο ἐν σοὶ ἐπαινέσαι ἔχων, ἢ τὸ λευκὸν μόνον; καὶ τοῦτο οἶμαι, ὅτι ξωνήθης ὄϊν τυρῷ καὶ γάλακτι πάντα ἁπλῶς τὰ ὅμοια τούτοις ἡγεῖται καλά. ἐπὰν τοίνυν ἄλλο ὑπό τ' ἄλλων ἐθισθῇς μαθεῖν οἷα τυγχάνεις οὖσα τοῦ ὄψιν, ἀλλ' ἐπίπρασαι τινὸς εἴ ποτε γαλαθηνῷ ἔῃ, ἐπικύψασα ἐς τὸ ὕδωρ, ἴδοις σαυτοῦ ἄμεινον ἄλλο, ἢ κόραν λευκὴν ἀκριβῶς. οὐκ ἐπαινεῖται δὲ τοῦτο, ἢν μὴ ἐπιπρίπῃ αὐτῷ καὶ τὸ ῥυθμῷ. Γα. καὶ μὴν ἐγὼ μὲν οὐκ ἀκριβῶς λευκὴ, ὅμως ἐράσθη μοι ἄν τοῦτον ἔχω. ὑμῶν δὲ οὐκ ἔστιν ὅτου ποιμὴν, ἢ ναύτης, ἢ πορθμεὺς ἐπαινεῖ. ὁ δὲ Πολύφημος, τάτι ἄλλα, καὶ μουσικός ἐστι. Δω. σιώπα, ὦ Γαλάτεια· ἠκούσαμεν αὐτοῦ ἄδοντος, ὁπότε ἐκώμασε πρώην ἐπὶ σέ. Ἀφροδίτη φίλη, ὄνον ἄν τις ὀγκᾶσθαι ἔδοξε, καὶ αὐτὴ ἦν νυκτὸς, οἷα λιπαρὸν ἐλάφου

uidendum videri, si primùm pastori, deinde luſco formoſa viſa ſis? quanquam quid aliud ille potuit in te probare, præter candorem? Is illi placet opinor, quòd caſeo & lacti aſſueuerit: proinde quicquid his ſit ſimile, id protinus pulchrum iudicat. Alioqui vbi libebit ſcire [c] qua ſis facie de ſcopulo quopiam in aquâ, ſi quando tranquilla ſteterit, deſpectans, temetipſam contemplare: videbis aliud nihil niſi perpetuum eandorem. verùm is quidem non probatur, niſi rubor admixtus illi, decus illi impreſſerit. GAL. Atqui ego illa immodicè candida, tamen eiuſmodi habeo amantem: quum interim è vobis nulla ſit, quam vel paſtor, vel nauta, vel portitor aliquis miretur. cæterùm Polyphemus (vt alia ne dicam) etiam canendi peritus eſt. DOR. Tace, ô Galatea: audiuimus illum canentem, quum nuper pruriret in te: ſed [d] ô ſancta Venus, aſinum rudere dixiſſes. nam lyræ corpus ſimillimum erat cer-

φαγυμνὸν τῶν σαρκῶν. καὶ τὰ μὲν ὠάρατα, πύκνας ὥσπερ ἄκρον. ἐυνόδες δὲ αὐτὰ, καὶ ἐναλψας τὰ νεῦρα, ἐδὲ μόνοις περιεφέψας, ἐμιλάδλα ἄμεσόμτι, καὶ ἀπαδὸν, ἄλλο μὲν αὐτὸς βοᾶν, ἄλλο δὲ ἡ λύρα ὑπᾴδει. ὥστε ἐδὲ κατέχειν τὸν γέλωτα ἐγκαλούμεθα, ἐπὶ τῷ ἐρωτικῷ ἐκείνῳ ἄσματι. ἡμεῖς γὲ ἠχὼ, ἐδὲ ἀρκείνεσθαι αὐτῷ ἤθελεν, ἕτως καλῶ ἔχοντι βρυχομένῳ, ἀπ' ἐσχατιᾶς, ἀφανέϊ μιμεῖσθαι πρᾶγμα ὠδλιὸ, καὶ λαλαγίλασον. ἔφερε δὲ ὁ ἐφίππας ἐν ταῖς ἀγκάλαις ἁβρόμαλιον, ἔρκτα σκύλακα, καὶ τὸ λάσιον αὖ τοῦ πδαριόκοτα. τίς ἂν φθονήσειέ σοι, ὦ Γαλάτεα, τοιάτε ἐρασοῦ; Γαλ. οὐκοῦν σὺ, Δωρὶ, δεῖξον ἡμῖν τὸν σαυτῆς, λαμπρὸν ἀγλουότι ὄντα, καὶ ᾠδικώτερον, καὶ λιθαείζαν ἄμεινον ἐπισάμενον. Δω. ἀπ' ἐρασὴς μὲν οὐδεὶς ἔτι μοι, ὥς σεμνύομαι ἐπίρασος εἶναι.

uino capiti ossibus remixta to: tum cornua perinde quasi cubiti prominebant, ijs iunctis inductisque fidibus, quas ne collope quidem circumtorquebat. agreste quiddam & absonum cantillabat, quum aliud interim ipse voce caneret, aliud lyra succineret: ita vt temperare nobis nequiuerimus quin rideremus amatoriam illam cantionem. Nam Echo ne respondere quidem illi voluit balanti, quum sit adeò garrula: imò puduisset si vsa fuisset stridulum illius & ridiculum cantum imitari. Ad hæc gestabat in vlnis amasius iste delicias suas, vrsi catulum pilis hirtum, ipsi non dissimilem. Quis autem non inuideat tibi amicum istum Galatea? GAL. Quin tu igitur Dori tuum ipsius amicum nobis commonstra, qui meo sit formosior quique doctiùs ac meliùs vel voce canat, vel cithara. DOR. Mihi quidem nullus est amator, nec me hoc nomine iacto, quasi sim vehementer amabilis: veruntamen istius-

ἔναι. τοιῦτος δέ, οἷος ὁ Πολύφαμος, λινάδρας ἀποζών, ὥσπερ ὁ τράγος ὠμοφαγος, ὡς φασι, καὶ σιτέμβολος τοὺς ἐπιλιμένους τῶν ξένων, οἱ γοῦν καὶ σὺ ἀντιτρώγοις αὐτοῦ.

istiusmodi amicum, qualis est Polyphemus, nempe tetus hircum olens, tum crudis victitans carnibus, & hospites, si qui appulerint, deuorans, tibi habeas, eumque tu mutuum ames.

GILBERTI COGNATI ANNOTATIONES.

ARGVMENTVM.

MArini dei ἑαλάσσιοι à Luciano vocantur, à quibusdam ἁλάσσιοι. Ingens horũ turba fuit quorum princeps Neptunus & eo antiquiores Nereus & Oceanus.

a DORIS.] *Nymphæ nomen filiæ Oceani & vxoris Nerei, Hesiod. in Theog. Interdum pro ipso mari accipitur. Virgil. 10. Eclog.*

Doris amara suam non intermisceat vndam.

b Polyphemus.] *Ex Cyclopibus vnus, Neptuni filius: socios aliquot Vlyssis interficiens ad saxum fregit & semiviua adhuc membra deuorauit: excæcatur ab Vlysse. Hom. Odyss. Cic. lib. 5. Tusc. quæst. Virgil 3. Aen.* c Qua sis facie.] *Negat quidem Seruius ex mari effigiem vllo pacto posse reddi, sed Lucianus hic aliter sentit, & in Alcyone: Nónne vides, inquit, vt superiora sint serenitate conspicua fluctibus autem sedatũ mare ac tranquillum, ὁμοιον, ὡς ἀπεῖν κατόπτρῳ: id est speculo (vt sic dicam) consimile. Theocritus in Bucoliastis Idyllio sexto:*

ἐγὼ γὰρ ἦν ἁδὲ ἐλθὼν ἔγω, καπὸν ὅσμε λέγουσι
ἦ γὰ πρὼ ἐς πόντον ἐπίδλεπον ἦς δὲ γαλαύα,
κὤ καλὰ μὰν τὰ γύαλα, καλὰ δ' ἐμὶν ἀμία κώπα, &c.

Quod est huiusmodi:

Nec tam sum forma turpis quàm dicor: in vnda
Nuper enim vidi ipse meos de littore vultus,
Cùm nulli flarent tranquilla per æquora venti

Hinc illud Maronis sumptum est:

—nuper me in littore vidi,

Quum placidum ventis staret mare—.

Sed & nos ex Seneca paulò plura in Alcyone annotauimus.

d O sancta Venus.] *Amorum & libidinum fautrix & magistra: eas enim prima & inuenit & edocuit. Mantuanus de hac ita canit:*

Mater adulterij Venus est, stupriq; repertrix
Quin & luxuriæ nutrix, & mater amorum, *&c.*

ΖΕΦΥΡΟΥ ΚΑΙ Νότα.

ZEPHYRI ET Noti.

Iacobo Micyllo interprete.

ZEPHYRVS.

ΟΥ πώποτε πομπὴν ἐγὼ μεγαλοπρεπεστέραν εἶδον ἐν τῇ θαλάττῃ, ἀφ' οὗ ἐμί, νὴ πίνω· σὺ δὲ ἐκ εἶδες, ὦ Νότε; Νό. τίνα ταύτην λέγεις, ὦ Ζέφυρε, τὴν πομπήν; ἢ τίνες οἱ πέμποντες ἦσαν; Ζέ. ἡδίστου θεάματος ἀπηλλάφθης, οἷον οὐκ ἄλλο ἴδοις ἔτι. Νό. παρὰ τὴν Ἐρυθρὰν γὰρ θάλασσαν ἐργαζόμην, ἐπέπνευσε δέ τι μέρος τῆς Ἰνδικῆς, ὅσον πρὸς τὴν χώρας. ἦλθεν οὖν οἶδα, ὃν λέγεις. Ζέ. ἀπὸ τὸν Σιδώνιον Ἀγήνορα ἦλθες; Νό. ναί, τὸν τῆς Εὐρώπης πατέρα. τί μέλλει; Ζέ. περὶ αὐτῆς ἐκείνης διηγήσομαί σοι.

NVnquã equidẽ pompam magnificentiorem vidi in mari, ex quo ego sum & spiro: tu verò annon vidisti Note? NOT. Quámnam hanc dicis,[a] Zephyre, pompã? aut quînã sunt qui illã duxerunt? ZEPH. Suauissimo spectaculo caruisti & quale non facile aliud vnquã videris. NOT. Iuxta Rubrũ mare occupatus fui, afflaui autẽ & partem Indiæ nonnullam, quantũ videlicet eius terræ mari adiacet. proinde nihil eorum noui quæ tu dicis. ZEPH. Quid? Sidoniũ illum[b] Agenorem vidisti? NOT. Etiam, Europæ patrẽ scilicet. Quid tũ? ZEPH. De illa ipsa narrabo tibi.

NOT.

Νό. μῶν ὅτι ὁ Ζεὺς ἐρασθεὶς ἐκ ποτοῦ τῆς παιδός; τοῦτο γὰρ καὶ πάλαι ὑπῳσώμην. Ζέ. οὐκοῦν τὸν μὲν ἔρωτα οἶσθα, τὰ μετὰ ταῦτα δ' ἤδη ἄκουσον. ἡ μὲν Εὐρώπη διατερπνόν τι ἐπὶ τῷ ἠϊόνι παίζειν, τὰς ἀλικιώτιδας παραλαβοῦσα· ὁ Ζεὺς δὲ ταῦρος ἀπάτας ἑαυτὸν, σωὶ παίζων αὐτῇς διάπλεως φαιδρός τε γὰρ ὢν ἀνεμπόδιστα, καὶ τὰ κέρατα ὑκαμπῆς, καὶ τὸ βλέμμα ἥμερον ἐσκίρτα οὖν καὶ αὐτὸς ἐπὶ τῆς ἠϊόνος, καὶ ἐμυκᾶτο ἥδιστον, ὥστε τῷ Εὐρώπῃ ζηλωτὸν εἶναι καὶ ἀναβῆναι αὐτόν. ὡς δ' τοῦτ' ἐγένετο, ἀρμαῦ μὲν ὁ Ζεὺς ὥρμησεν ἐπὶ τὸ θάλαττα, φέρων αὐτὸ, καὶ ἐνέχετο ἐμποσών. ἡ δὲ παννυχίπλαγεῖσα τῷ πράγματι, τῇ μὲν ἔχετο τοῦ κέρατος, ὡς μὴ ἀπολισθάνοι, τῇ ἑτέρᾳ δὲ ἐπιμωμένον τὸν πέπλον ξυνεῖχε. Νό. ἤδη τοῦτο θέαμα, ὦ Ζέφυρε, ἔδεις, καὶ ἐρωτικὸν, νυχόμενον Δία, φέροντα

NOT. *Num quòd Iupiter iã olim amare puellam cœpit? Nam hoc etiam pridẽ sciui.* ZEPH. *Igitur quod ad amorẽ attinet, nosti: quæ verò posteà consecuta sunt, ea nũc audi. Descenderat Europa ad littus ludendi gratia, assumptis secũ æqualibus suis. Iupiter autem in formã tauri assimulatus, ludebat vnà cum ipsis, pulcherrimus tum apparens. Nam & candidus erat, vt nihil suprà, & cornua habebat reflexa pulchrè, vultumq; præ se ferebat admodũ mansuetum ac placidum. Saltabat igitur & ipse in littore, & mugiebat suauissimè, ita vt Europa etiã cõscendere ipsum iã sustineret. Cæterùm vbi hoc factum est, citato cursu Iupiter quidem vnà cum illa in mare prorupit, atq; ibi, vti inciderat, natabat, illa verò admodum perculsa animo ex hac re, sinistra apprehendit ac tenuit cornua, vt ne delaberetur: altera autem manu diffluentem vento vestem continebat.*

NOT. *Dulce hoc spectaculum, Zephyre, vidisti, & amatorium, natantem videlicet Iouem, & ferentem secum amo-*

τῶν ἀγαπωμένων. Ζέ. καὶ μὴν τὰ μετὰ ταῦτα ἥδιόν πως παρασκευή, ὦ Νότε. ἄτε γὰρ θάλαττα ἀνέμων ἀνεμωμένων ἠρέμα ἐγένετο, καὶ τῶν γαληνίων ἐπισπασαμένη, λείαν παρεῖχεν ἑαυτήν. ἡμεῖς δὲ σιωντῶν ἡσυχίαν ἄγοντες, οὐδὲν ἄλλο, ἢ θεαταὶ μόνον τῶν γινομένων παρηκολουθοῦμεν. Ἐρωτῶσι δὲ παραπετόμενοι, μικρὸν ὑπὲρ τῆς θαλάττης, ὡς ἐνίοτε ἄκροις ταῖς ποσὶν ἐπιψαύειν τὸ ὕδατος, ἡμμένας τὰς λαμπάδας φέρουσαι, ἦδον ἅμα Ὑμέναιον. αἱ Νηρηίδες δὲ ἀναδῦσαι, παρίππευον ἐπὶ τῶν δελφίνων ἐπικροτοῦσαι, ἡμίγυμνοι αἱ πολλαί. τό, τε τῶν Τειτώνων γένος, ἔστι ἄλλο μὴ φοβερὸν ἰδεῖν τὴν θάλατταν, ἅπαντα περιχόρευε τῆς παιδὸς. ὁ γὰρ Ποσειδῶν ἐπιβὰς ἁρμάτων ἁρμάτος, παρῳχεῖτό τε, καὶ τῆς Ἀμφιτρίτης ἔχων, πεπαυμένης, προοδοιπορῶν νηχομένῳ ἀδελφῷ. ἐπὶ πᾶσι δὲ τῆς Ἀφροδίτης

res suos. ΖΕΡΗ. *At vero quæ consecuta sunt, suauiora multò,* c *Note. Nam & mare statim compositis fluctibus quietum fuit, & tranquillitate vltrò attracta placidum ac planum seipsum præbuit. Nos autem omnes silentium agentes, nihil aliud quàm spectatores tantùm eorum quæ fiebant, quasi quidam comites sequebamur. Cupidines verò iuxtà volitantes, paulùm supra mare, ita vt interim summis pedibus contingerent aquam, accensas ferentes faces, Hymenæum cantabant. Nereides autem emersæ vndis, delphinum tergis insidentes obequitabant applaudentes, seminudæ pleræque. Præterea & Tritonum genus, & si quid aliud marinarum aspectu metuendum non est, omnia illa circum puellã quasi choreã ducebant. Nam ipse quidem Neptunus conscenso curru, & quasi pronubus incedens, vnà cum Amphitrite lætus præibat, veluti viam aperiens natanti fratri. Supra omnes autem Venerem*

duc

ἄλλῳ δύο Τείτωνε ἔφερον, ἐπὶ κόχης μεγάλης κειμένῳ, ἄνθη παντοῖα ἐπιπάλλοντα τῇ Μόμφῃ, ταῦτα ἐκφοινίκης ἄχει τὴς Κρήτης ἐγγύς. ἐπεὶ δ' ἐπέβη τῇ νήσῳ, ὁ μὲν ταῦρος οὐκέτι ἐφαίνετο, ἐπιλαβόμενος δὲ τῆς χειρὸς ὁ Ζεὺς ἀπῆγε τὴν Εὐρώπην ἐς τὸ Δίκταιον ἄντρον, ἐρυθριῶντα, καὶ κάτω ὁρῶντα. ἐπίστατο γὰρ ἤδη, ἐφ' ὅ, τι ἄγοιτο. ἡμεῖς δ' ἐμπεσόντες θύννοις ἄλλοις καὶ ἄλλοις ἐπελάγους μέρος ἀνενεμόμεθα. Νὴ τὸν μακαρίαν Ζέφυρον ἐκείνην, ἐγὼ δὲ γρῦπας καὶ ἐλέφαντας, καὶ μέλανας ἀνθρώπους ἑώρων.

duo Tritones vehebant in concha recubãtem, ac flores omnis generis aſpergentem ſponſæ. Atque hæc à Phœnicia vſq; in Cretam fiebant. Poſtquam autem in inſulam aſcendit, ipſe quidem taurus non amplius apparebat: Iupiter autem apprehẽſam manu Europam, in antrum Dictæum abduxit, erubeſcentem, atque oculos demittentem: intelligebat enim iam ob quam rem ita duceretur. Nos aũt incumbentes mari, alius aliam illius partem flectibus agitabamus. NOT. *O beatum Zephyre te, qui iſthæc videris: ego verò interea Gryphas & Elephantos & nigros homines aſpiciebam.*

GILBERTI COGNATI ANNOTATIONES.

a ZEPHYRVS.] *Ventus eſt tepidus & ſiccus, ab occaſu æquinoctiali aduerſus Eurum in vere ſpirans, quo flante terra hyemali frigore conſtricta aperitur, ac plantæ omnes germinare incipiunt. vnde Claudianus:*

—pater ô gratiſsime Veris
Quid mea laſciui regnas per prata volatu
Semper & aſſiduis irroras flatibus annum.

b Agenoris em.] *Europa Agenoris regis Phœnicum filia, à Ioue ſub tauri ſpecie rapta, & in Cretam aucta dicitur. Atq;*

ex ea

ex ea postea Ioui nati feruntur Minos, Rhadamanthus, & Sarpedon. Ouid. in fine 2. libri Metamorph. eandem fabulam exponit. Et Herodotus libro primo statim ab initio. Ab ea tertiam mundi partem denominatam ferunt. Theocritus in Europa siue Eidyllio 20. suo more hanc fabulam depingit: à quo Ouidius quædam sumpsisse videtur. Herod. lib. 4. ait, nescíri, nec proditum esse à quo quam, vnde dicta sit Europa, nisi quòd ab Europa Tyria dictam referant. c Note.] *Notus seu Auster ventus est meridionalis, exitialis & morbosus. Interdum pro omni vento meridionali capitur.*

IOANNIS SAMBVCI ANNOTATIONES.

μεταμόρφωσις Iouis in Taurum.

Indutus faciem tauri deus ille coruscus,
Auxerit pulchram, de grege Mercurij,
Hæc fuerat Cadmi soror, alto & Agenore nata,
Efficiunt fœdum vina Venusq; pecus.

NVNQVAM.] *οὔπω ποτε* Tu verò non vidisti.] *ἐρώτησις.* Quámnam hanc dicis.] *ἀπερώτησις.* Iuxta rubrum mare.] *Causa τῆς ἀποκρίψεως.* Proinde nihil eorum.] *Conclusio.* Quid? Sidonium illum.] *παρασκευή.* De illa ipsa narrabo.] *ὑποχεσις.* Quæ verò postea.] *ἀξίωσις ad προσοχὴν.* Descenderat.] *Narratio.* Nam & candidus.] *ὑποτύπωσις.* At verò quæ consecuta sunt.] *τὰ μετὰ ταῦτα.* Cupidines verò.] *Descriptio pompæ.* Postquam autem in Insulam.] *τοπογραφία.* Iupiter autem.] *τὰ οἰκεῖα.* Nos autem incumbentes.] *πρόληψις.* O beatum Zephyre.] *Conclusio.*

ΠΑΝΟ-

ΠΑΝΟΠΗΣ ΚΑΙ Γαλήνης.

PANOPES ET Galenes.

Iacobo Micyllo interprete.

PANOPE

Ἐλθὼν, ὦ Γαλήνη, χθὲς, οἷα ἐποίησεν ἡ Ἔρις παρὰ τὸ δεῖπνον ἐν Θετταλίᾳ, διότι μὴ καὶ αὐτὴ ἐκλήθη ἐς τὸ συμπόσιον; Γα. ὃ ξωφλεῖ ὑμῖν ἔχουσα: ὁ γὰρ Ποσειδῶν ἐκέλευσέ με, ὦ Πανόπη, ἀνυμανῶν ἐνδοῦτῳ φυλάττειν τὸ πέλαγος. τί δὲν ἐποίησεν ἡ Ἔρις μὴ παροῦσα; Πα, ἡ Θέτις καὶ ὁ Πηλεὺς ἀπεληλύθεσαν ἐς τὸν θάλαμον, ἅμα τῆς Ἀμφιτρίτης καὶ τοῦ Ποσειδῶνος παραπεμφθέντων. ἡ Ἔρις δ' ἐν τούτῳ λαθοῦσα πάντας (ἐδυνήθη δὲ ῥᾳδίως, τῶν μὲν πινόντων, ἐνίων δὲ προπινόντων, ἢ τῷ Ἀπόλλωνι κιθαρίζοντι, ἢ ταῖς Μούσαις ᾀδούσαις πεισχόντων τὸν νοῦν) ἐνέβαλεν ἐς τὸ συμπόσιον μῆλόν τι παγκαλὸν, χρυσοῦν ὅλον, ὦ Γαλήνη. ἐπιγέγραπτο δὲ· Ἡ καλὴ λαβέτω.

VIdistine, Galene, heri qualia fecit Eris ad cœnam in Thessalia, propterea quòd non & ipsa vocata fuerat ad conuiuium? GAL. Haud conuiuata equidem vobiscum tum fui, nam me Neptunus iusserat tranquillum interea, [a] Panope, seruare pelagus. Sed quid fecit Eris, cùm præsens non adesset? PAN. [b] Thetis ac Peleus concesserant intrò in thalamum, deducentibus ipsos Amphitrite ac Neptuno. Interea autem Eris, clam cæteris omnibus (id quod facile illi tum fuit, aliis bibentibus, quibusdam autem applaudentibus vel Apollini citharam personanti, vel Musis ore modulantibus adhibendo animum) proiecit in conuiuiũ pomum quoddam admodum pulchrum, atq; aureum, Galene, totum. Inscriptum autẽ erat his verbis: Formosa accipiat.

Dum

λυλινθδόμενον ἦλθε, ὥσπερ ἐξεπίτηδες ἥκει ἔνθα Ηρατε καὶ Αφροδίτη καὶ Αθηνᾶ καθήμενοι, καὶ παρῆν ὁ Ερμῆς ἀναλύων μὲν καὶ ἐπιλέγων τὰ γεγραμμένα, ἡμεῖς δὲ Νηρηίδες ἀπεσιωπῶμεν. τί γὰρ ἔδει ποιεῖν, ἐκείνων παρόντων; ἀλλ' ἐποιοῦμεν, ἐκαθήμεθα καὶ αὐτὰ ἐῶμεν τὸ μέλον ἀξίωμα. καὶ ἐμάχετο ὁ Ζεὺς ἀπιστήσων αὐτὸς, καὶ ἄλλως χάριν προσφέρων τὸ πρᾶγμα. ἀλλ' ἐκεῖνος, αὐτὸς μὲν ἐκείνῳ, φησὶ, περὶ τούτου, καὶ δοῖ ἐκείναις αὐτὴ διακάσαι ἀξίως. ἀπιστεῖς ἐμοὶ τῷ Ἰδαίῳ, πρὸς τὴν Πειθὼ πεπαιδαγωγῆσθαι, ὃς οἶδέ τι διαγνῶναι τῷ καλλίονα, φιλόκαλος ὤν, καὶ οὐκ ἂν ἐκεῖνον ἐκείναις καλῶς. Γα. τί δ' ἂν καὶ θεὰ, ὦ Πανόπη; Πα. τύμβον, οἶμαι, ἀπίασι πρὸς τῷ Ἰδαίῳ. Γα. καὶ τίς ἡδὺ μετὰ μικρὸν, ἀπαγγέλων ἡμῖν τῷ κρατοῦντι; Πα. ἥδομαι, φημὶ, οὐκ ἄκρατός, ἡ Αφροδίτης ἀγωνιζομένης, ἢν μή τι πάνυ ὁ διαιτητὴς ἀμβλυώπῃ.

Dum igitur volutatur hoc, tanquam ex compositō iactū peruenit eò loci, vbi Iuno & Venus & Minerua accūbebant. Deinde vbi Mercurius sublato illo legit ea quibus illud inscriptum erat: nos quidem Nereides cum silentio sedebamus: (quid enim agendum erat illis præsentibus?) illæ verò inter se contendebāt, ac quælibet suū illud esse volebat. Et nisi Iupiter se ipsum interposuisset, etiam ad manus vsq; res hæc processisset. Verūm ille, ipse quidē, inquit, non ferā iudicium de hoc (tametsi illæ ipsum iudicare vellent) sed in Idā ad Priami filiū abite, quī & discenere nouit quænam formosior sit, vtpote elegantiæ studiosus & ipse: & non facilè, talis cū sit, iudicauerit malè. GAL. *Quid igitur ad hæc Deæ illæ, Panope?* PAN. *Hodie, arbitror, in Idam abeunt.* GAL. *Et quis veniet paulò pòst qui nobis renūciet eam quæ vicerit?* PAN. *At iam nunc tibi affirmo, quòd nulla alia vincet, vemente m certamen Venere, nisi arbiter ipse omnino cæcutiat.*

GILBER-

GILBERTI COGNATI
ANNOTATIONES.

a PANOPE.] *Nympha marina, vna ex Nereidibus. Virgil. 5. Aen.*

—eumq; imis sub fluctibus audijt omnis
Nereidum, Phorciq; chorus, Panopeaq; virgo, &c.

b Thetis.] *Dea & nympha maris, Nereis filia, mater Achillis & Pelei regis Thessaliæ vxor.*

IOANNIS SAMBVCI
ANNOTATIONES.

Διηγηλικὸς, de pomo contentionis ab Eride tribus formosissimis deabus obiecto.

Hic narrat Panopes Erides pomumq;, dolumq;,
Vt lites illo mouerit atq; graues,
Priamides legitur iudex, malumq; reportat,
Blanda Venus: tantum cæca libido potest.

AVDISTINE.] ἐρώτησις αὐτὴ τῆς προοιμίου. Propterea quòd non.] αἰτιολογία. Haud conuiuata.] ἄρνησις. Sed quid fecit.] περιστοιχὴ ζηλική. Thetis ac Peleus concesserant.] διήγησις. Interea autem.] occasio. Id quod facile.] ἡ δημώδαμις. Proiecit in conuiuium.] τὸ πραχθὲν ἠγέρμον. Dum igitur.] τὸ μέσον. Ille verò.] ἡ ἔκθεσις. Et nisi Iupiter.] τὸ ὀκβεσόμενον κατὰ πλαστὸν Non feram iudicium.] *Recusat Iupiter iudicium.* Sed in Idam ad Priami filium abite.] *Iudicem alium constituit.* Quid igitur.] *Deæ ad iudicem abeunt.* At iam nunc tibi.] τὸ μαίτδμα κῦ ἀποκείμεν.

MORTVO-

ΣΙΜΥΛΟΥ ΚΑΙ Πολυστράτου.

SIMYLI ET Polystrati.

Erasmo Roterodamo interprete.

ΣΙΜΥΛΟΣ.

ΗΚας ποτε, ὦ Πολυστρατε, ἢ σὺ παρ' ἡμᾶς, ἔτη οἶμαι, οὐ πολὺ ἀφδιοντα τῶν ἑκατὸν, βιοὺς βιωκώς. Πο. ὀπτὼ ἐπὶ δέκα ἐνενηκοντα, ὦ Σίμυλε. Σί. πῶς δὲ τὰ μετ' ἐμὲ ταῦτ' ἐβίους τριάκοντα; ἐγὼ γὰρ ἀμφὶ τὰ ἑβδομήκοντά σου ὄντ' ἀπέθανον. Πο. ὑπερῆλθε, ἢ μοὶ δοκεῖ παράδοξον τὸ δόξαι. Σί. παραδόξον, ἢ γέρων τις καὶ ἀσθενὴς, ἄτεκνός τε. πῶς ἔτι, ἔδοξε ταῖς ἐμοῖρ' ἐμὲ ἀμύαδα. Πο. τὸ μὲν πρῶτον ἅπαντα ἐδυνάμην, ἔτι νέος παῖδάς ὡραίους ἔχων πολλοὺς, καὶ γυναῖκα ἀβρόταταν, καὶ μύρα, καὶ οἶνον ἀνθοσμίας, καὶ τράπεζαν ὑπὲρ τὰς ἐν Σικελίᾳ. Σι. καινὰ

VEnisti tandē & tu Polystrate, ad nos, quum annos vixeris haud multò pauciores centū opinor. POL. Nonaginta octo, Simyle. SIM. Sed quinam triginta istos annos egisti, quibus mihi fueras superstes? Nam ipse perij te fermè septuagenario. POL. Quàm suauissimè profectò, etiam si hoc mirū tibi videbitur. SIM. Mirum verò, siquidem tibi primùm seni, deinde inualido, postremò etiam orbo quicquam poterat esse in vita suaue? POL. Principiò nihil erat quod non possem: præterea pueri formosi complures aderant, tum mulieres nitidissimæ, vnguenta, vinum mirè fragrans, postremò [a] mensæ vel Siculis illis lautiores. SIM.

Noua

καινὰ ταῦτα. ἐγὼ γάρ σε πάλαι ἐνόμιζον ἠπισάμην. Πο. ἀπ' ὑπέρῤῥᾳ μοι, ὦ γύναι, παρ' ἄνωθεν τἀγαθά, καὶ ἔνθεν μὲν οὐδὲν ἐπὶ θύρας ἐφοίτων μάλα πολλοί. μετὰ δὲ, παυσαμένου μου λοιμοῦ πανταχόθεν τῆς γῆς κάτωθεν. Σί. ἐτυράννεις, ὦ Πολύδρατε, μετ' ἐμέ; Πο. ἔγε, ἀπ' ἐρασὰς εἶχον μυείας. Σί. εἶτα ἐρασὰς σὺ τηλικοῦτος ὤν, ὀδόντας τέτταρας ἔχων; Πο. νὴ Δία τοῦτο ἀεί σε γε ἐν τῇ πόλει ἠνίκα μὲν ἠνώχλει φανερὸν, ὡς ὁρᾷς, ὄντα, ἠνίκα δὲ ἐλήθετο πάλιν, καὶ κορυσσόμενα ὑπερήδοντο θεραπεύοντες, καὶ μακάριος ἐγὼ αὐτῶν ὅν τινα ἂν ἠθέλησα. Σί. μῶν καὶ σύ τινα, ὥσπερ ὁ Φάων τὴν Ἀφροδίτην, ἐκ Χίου διαπορθμεύσας, ἔτα ὠὴ ἐξαμιγόφθονον νέον ἔναι, καὶ καλὸν ἐξ ὑπαρχῆς, καὶ ἀξίρασον; *Noua narras : nam ego te planè sordidum ac parcissimum esse sciebam.* POL. *Atqui, vir præclare,* [b] *ex alienis arcis opes mihi subscatebant. Tum diluculò protinus quamplurimi mortales ad fores meas ventitabant, simulq; ex omni rerum genere, quæ terrarum vbiuis pulcherrimæ reperiuntur, munera deportabantur.* SIMYL. *Num me defuncto regnum gessisti?* POL. *Minimè : verùm amantes habebam innumeros.* SIM. *Non possum non ridere. tú ne amantes, tantus natu quum esses, vixque tibi dentes supereſſent quatuor?* POL. *Habebam per Iouem equidem optimates ciuitatis : quumq; essem tum senex, tum caluus, sicuti vides, præterea lippiens etiam, ac senio cæcutiens, postremò naribus mucosis, tamen cupidissimè mihi inseruiebant, adeò vt is felix videretur, quemcunque vel aspexissem modò.* SIM. *Num tu quoq; quemadmodum* [c] *Phaon ille, Venerem aliquam è* [d] *Chio transuexisti, vt ob id optanti tibi illa dederit rursum ad iuuentam redire, ac denuò formosum atque amabilem fieri?*

σῶμα τ' ἀγαθὸν ἐπιδεικνυμένης; τὸ γὰρ τῇ μετὰ μουσικῆς τῇ ῥυθμῷ ταῦτα πάντα ποιεῖν, οὐ ψόγου ἂν αὐτῆς, ἀλλ' ἐπαίνου ἂν εἴη. Κρά. ἐμοὶ μὲν ὁ πάνυ σχολὴ μαινόμενον ἀνθρώπου ἀπροσκώπτως, τῷ νόσον τῷ αὐτὸν ἐπαινοῦντα. σὺ δέ, ὦ βέλτιστε, λῆρόν τινα καταστησάμενός μοι, ἕτοιμος φιλικῶς ταύτῃ πατρῴαν ἐποίσων, καὶ παρασχὼν τὰ ὦτα, καὶ ἄνευ κηροῦ παραπέμψειν τῶν φαύλων μωρίας. ὥστε ἤδη σιωπήσομαί σοι, καὶ λέγε ὅπόσα ἐθέλοις, ὡς μηδὲν ἀκούοντός τινος. Λυ. εὖγε, ὦ Κράτων, τὸ τοῦτο ἐμοὶ πάλιστα ἅπαντα γὰρ κατ' ὀλίγον, ἃ λῆρος ἔνεστί σοι λόγου τὰ λεχθησόμενα. καὶ πρῶτόν γε ἐκεῖνο πάνυ ἠγνοημέναι μοι δοκεῖς, ὡς ὀνειδιστόν τὸ τῆς ὀρχήσεως ἐπιτήδευμα τοῦτό ἐστιν, ἀλλ' ἀγαθὸν καὶ πρᾶον ἀρξάμενος

& animæ pulchritudinem ostendens? Etenim quæ illi accedunt à Musica & modulationibus, hæc inquam omnia facere, non dedecori aut vituperio, sed illi potiùs laudi tribuenda sunt. CR. Quanquam mihi in præsentia ocium non est insanientem hominem auscultandi, suum ipsius morbum laudibus efferentem: attamen si nugis & manibus fabularum commentis me opplere tibi consultum factu visum est, paratus sum in hoc tibi officioseè inseruire, & aures præbere, vel sine cera inutilia verba obaudire valens. Quare compressa voce hanc tibi operam dabo. Dic verò quodcunque animo tuo libitum fuerit, quasi nemine auscultante. LVC. Euge, ô Craton, istuc ipsum omnium maximè mihi egenti in optatis fuit. Paulò enim post ipsa re comperies, num nugæ tibi censendæ sint quæ in medium producturus sum. Ac à principio quidem illud planissimè mihi ignorare videre, quàm non nouitium inuentum sit saltatio, neque heri

ἀρξάμενον, οἷον καὶ τὰ τῶν πα-
λαίων ἡμῶν, ἢ τῶν ἐκείνων,
ἀλλ' οἵ γε ταληθέστατα ὀρχή-
σεως περὶ γενεαλογοῦσιν,
ἅμα τῇ πρώτῃ γενέσει τῶν ὅλων
φῶς ἂν δοκῇ ὄρχησιν ἀνα-
φῆναι, τῷ ἀρχαίῳ ἐκείνῳ ἔρω-
τι συναναφανῆσαν. ἡ γοῦν
χορεία τῶν ἀστέρων, καὶ ἡ πρὸς τὰς
ἀπλανεῖς τῶν πλανήτων συμ-
πλοκὴ, καὶ ῥυθμὸς αὐτῶν
κοινωνία, καὶ τάξις καὶ ἁρμο-
νία, τῆς πρωτογόνου ὀρχήσεως
δείγματά ἐστι. κατ' ὀλίγον δὲ
αὐξανομένη, καὶ τῆς πρὸς τὸ
βέλτιον αἰεὶ προόδου τυγ-
χάνουσα, μικρὸν ἐοικυῖα τὸ ἀ-
πρόσδοκον ἀπαρτίζεσθαι, καὶ γε-
γηθυῖα ποικίλον τι, καὶ παναρ-
μόνιον καὶ πολύμορφον ἀγα-
θόν. πρῶτον δέ φασι Ῥέαν ἡ-
δεσθῆναι τῇ τέχνῃ, ἐν Φρυγίᾳ
μὲν τοὺς Κορυβάντας, ἐν Κρήτῃ
δὲ τοὺς Κουρῆτας ὀρχεῖσθαι κι-
νήσασα. καὶ ὁ τὰ μύθια ὕστε-
ρος

aut super natum & inceptum, puta apud maiores nostros, aut illorum: sed qui super saltationis ortu quàm verissima perscrutati sunt, affirmant illam vnà cum mundi ac omnium rerum generatione natam esse, & cum Amore deo illo vetustissimo in lucem prodijsse. Etenim ipsa[i] siderum chorea, & errantium cum non errantibus coniunctio, eorundemque modulata atque concinna participatio, & illa bella tam pulchrè instituta harmonia, primogenitæ saltationis argumenta fuêre, & indicia certissima. Ea verò temporis progressu subinde incrementis aucta maioribus, neque non additiones melioris inuenti sortita non modicas, summo nunc absoluta videtur esse fastigio, ac omnibus modis concinna & congruens, tum bonum multiplicis ornatus & scientiæ. Hoc verò saltandi artificio aiunt Rheam potissimùm oblectatam, in Phrygia quidem[k] Corybantas, [l] in Creta autem Curetas saltare iussisse. Neq; verò modicum cœpit

ex

τὸ τῆς τέχνης αὐτῶν. οἱ γὰρ περιορχούμενοι, λυσιώσαντο αὐτῇ τὸν Δία, ὥστε καὶ σῶσαι ἀκόντως ἂν ὁ Ζεὺς ὀφείλειν ὁμολογοίη αὐτοῖς, ἐπαφυγὼν δὴ τῷ αὐτῶν ὀρχήσει τοὺς πατρῴους ὀδόντας. ἐν ὅπλοις δὲ αὐτῶν ἡ ὄρχησις ἦν, τὰ ξίφη μεταξὺ περιορώντων τῶν τὰς ἀσπίδας, καὶ πυθόντων ἔνθεόν τι, καὶ πολεμικόν. μετὰ δὲ, Κρητῶν οἱ κράτιστοι ἐνηρχοῦντο ἐπιτηδεύσαντες αὐτό, ἄειστοι ὀρχήσασθαι ἐγένοντο, οὐκ οἱ ἰδιῶται μόνον, ἀλλὰ καὶ οἱ βασιλικώτατοι. καὶ πρωτεύειν ἀξιοῦντο. ὁ γοῦν Ὅμηρος τὸν Μηριόνην οὐκ ἀσχύνας βαλόμενος, ἀλλὰ λοσμῆσαι, ὀρχηστὴν ποσάπτει. καὶ ὅτως ἄρα ἐπίσημος ἦν, καὶ γνώριμος ἅπασιν ἐπὶ τῇ ὀρχηστικῇ, ὥστε οὐχ οἱ Ἕλληνες μόνον ταῦτα ἐπίστανται περὶ αὐτὸ, ἀλλὰ καὶ οἱ Τρῶες αὐτοὶ, καί τοι πολέμιοι ὄντες. ἐώρων γὰρ, οἶμαι, καὶ τὸν

ex illorum arte compendiū. Quippe circumsaltantes Iouem illi seruârunt incolumem, ita vt Iupiter non grauatè fateatur saluti contributæ præmia se illis debere, per illorum saltationem patrios dentes effugiens. Porrò autem hæc saltatio ab armatis desaltabatur, gladios ad scuta collidentibus, ac bellicum quiddam & atonitum saltantibus. Mos verò inter Cretenses vt quisque maximè nobilitate præcellebat, summo studio hanc rem exercentes, præstantissimi saltatores reddebantur, non tantùm homines priuati, & humili loco orti, sed nobiliores quoque, & regij sanguinis, & primates in populo. Homerus quoque Merionem non suggillare, verùm pulcherrimo laudis testimonio ornare volens, saltatorem nominauit. itaque in tantum claritudinis & notitiæ ob saltandi peritiam apud omnes venerat, vt hæc non Græcō solùm de illo comperta tenerent, sed & Troianis hostibus non ignota forēt. Videbāt enim, vt mea est opinio, eius in belā

πλῶ ἐν ᾧ πολεμᾷ αὐτὸ ἐυ-
φότητα, καὶ ἁρυθμίαν, ἰῶ ἐξ
ὀρχήσεως ἐκίνητο. φασὶ γὰρ τὰ
ἔπη ᾧ δι' πως: Μηριόνη, τάχα-
πᾶ σε καὶ ὀρχηστύι περ ἐόντα,
Ἐγχεῖ ἐμὸν κατέπαυσε, καὶ
ὅμως ὁ ἐατέπαυσεν αὐτόν.
ἅτε γὰρ ἠσκημένος ἐν τῇ
ὀρχηστικῇ, ῥᾳδίως, οἶμαι, διε-
δίδρασκε τὰς ἐπ' αὐτὸν ἀφέ-
σεις τ ἀκοντίων. πολὺς δὲ καὶ
ἄλλος τ ἡρώων ἀπᾶν ἔχων,
ζῆς αὐτοῖς ἐγγυμνασμένος,
καὶ τέχνῃ τὸ πρᾶγμα περιοι-
μένος, ἱκανὸν ἡγᾶται τὸν
Νεοπτόλεμον, Ἀχιλλέως μὲν
παῖδα ὄντα, πάνυ δὲ διαφέ-
ροντα ἐπὶ τῇ ὀρχηστικῇ, τὰ εἴ-
δη καὶ τὸ κάλλιστον αὐτῇ πε-
ριθεικότα, Πυῤῥίχιον ἀπ' αὐ-
τοῦ ἐπικληθέντα. καὶ ὁ Ἀχιλ-
λεὺς ταῦτα ὑπὲρ τοῦ παιδὸς
πυθανόμενος, μᾶλλον ἔχαι-
ρεν, οἶμαι, ἢ ἐπὶ τῷ κάλλει, καὶ
τῇ ἄλλῃ ἀλκῇ αὐτοῦ. διαφαίνει
γὰρ

lando agilitatem, & con-
cinnum membrorum mo-
tum, quæ ex saltatione in
vsum conuersa peculiari-
ter posidebat. Versiculi
Homeri ad hunc loquun-
tur modum:

Te citò Merione, quamuis saltare peritum,
Strauissem in dura con-
fossum cuspide pugna.

Tametsi eundem non stra-
uerat. vt enim in saltando
semet magno studio exer-
cuerat, sic facilè, vt opinor,
effugiebat iacula in eum
contorta atque emissa. Iam
quanquam & alios complu-
res ex heroibus enumerare
possim eo ipso saltandi stu-
dio diligentissimè exercita-
tos, quiq; ex hac ipsa re ar-
tem fecerint: sufficere ta-
men suspicor vno à me pro-
ducto Neoptolemo Achil-
lis filio, qui vsque adeò hoc
præcelluit artificio, vt cùm speciem quoque saltandi pul-
cherrimam sibi adiecisset, Pyrrhichij nomen ab illo acce-
perit. Achilles quoque ipse his de filio suo inauditis, maiori
gaudio suffusus est, vt ego existimo, quàm propter eius
formæ præstantiam, & membrorum robur insuperabile. At
qui

τὴν Ιλιον, τέως ἀνάλωτον ὄσαν, ἢ ἐκείνῃ ὀρχησικὴ λαβεῖν, ἢ ἂς ἔλαφ' ἁλῶναι. Λακεδαιμόνιοι μὲν, ἄειστοι Ἑλλήνων εἶναι δοκοῦντες, παρὰ Πολυδεύκους καὶ Κάστορος καρυατίζειν μαθόντες (ὀρχήσεως δὲ καὶ τοῦτο εἶδος, ἐν Καρύαις Λακωνικῆς διδασκόμενον) ἅπαντα μετὰ Μουσῶν ποιοῦσιν, ἄχρι τοῦ πολεμεῖν πρὸς αὐλὸν καὶ ῥυθμὸν, καὶ εὐτάκτως ἐμβαίνειν τοῦ ποδός. καὶ τὸ πρῶτον σώθημα Λακεδαιμονίοις πρὸς τὴν μάχην ὁ αὐλὸς ἐνδίδωσι. διαρρωῶν καὶ ἐκράτουν ἁπάντων, μουσικῆς αὐτοῖς καὶ ἐυρυθμίας ὑπαρχούσης, ἴδοις δ' ἂν καὶ τοὺς ἐφήβους αὐτῶν ὁμοίως ὀρχουμένους, ἢ ὁπλομαχοῦντας. ὅταν γὰρ ἀκροχειρισάμενοι, καὶ παίσαντες ἀλλήλους, καὶ παθόντων ἐν ᾧ μέρει παύσωνται, ἂς ὄρχησιν αὐτοῖς ἡ ἀγωνία τελοῦσα. καὶ αὐλητὴς

qui interea semper Ilion fuit inexpugnabile, donec illius saltatione captum concideret, & direptum solo æquaretur. ο *Lacedæmonij quoq; qui Græcorum præstantissimi esse censebantur, cùm à Castore & Polluce Caryatissare perdidicissent, quæ saltationis species à Caryis vrbe Laconiæ ducta erat, omnia cum carminibus facere solitì sunt, adeò vt ad tibiarum quoque modulos & rhythmum, & moderatum pedis ingressum prælium committere illi genti moris fuerit. Ac primùm quidem consequendarum manuum signum Lacedæmonijs tibia dari solitum est: proinde de omnibus quoque reportant victoriam, musica & modulorum concinnitate illos ducente.* ρ *Videres itaq; illorũ ephebos nihilo minore cura saltationi, quàm armis exercendis dare operam. Vbi enim iam summis collusctati sunt digitis, ac mutuis ictibus semet ceciderunt, quiescunt parumper, & omne illorum certamen in saltationem solutum*

λητὴς μὲν ἐν ᾧ μίσῳ μάθη-
ται, ἐπαινῶν, καὶ ψυπῶν ᾧ
ποδί. οἱ δὲ κατὰ στίχον ἀνά-
νεις ἐπόμενοι, σχήματα πανο-
ῖα ἐπιδάκνωνται, πρὸς ῥυθ-
μὸν ἐμβαίνουσιν. ἄρτι μὲν πο
λεμικὰ καὶ μετ' ὀλίγον ἐρω-
τικὰ. ἃ Διονύσῳ καὶ Ἀφρο-
δίτῃ φίλα. τοιαρωῖ καὶ τὸ
ἆσμα, ὃ μιμοῦνται ὀρχούμενοι ἄ-
δουσιν, Ἀφροδίτης ἐπίκλησίς
ἐστι, καὶ Ἐρώτων, ὡς συγκωμά-
ζοιεν αὐτοῖς, καὶ συνορχοῖντο.
καὶ θάτερον δὲ τῶν ᾀσμάτων
(δύο γὰρ ᾄδεται) διδασκα-
λίαν ἔχει, ὡς χρὴ ὀρχεῖσθαι. πόρ
ρω γάρ, φασίν, ὦ παῖδες, πόδα μιμάβατε, καὶ ἁρμάσατε βέλτιον. τετέσιν, ἅμαυον ὀρ-
χήσασθε. ὁμοία δὲ καὶ οἱ τὸν
ὅρμον καλούμενον ὀρχούμενοι
ποιοῦσιν. ὁ δὲ ὅρμος, ὄρχησίς
ἐστι κοινὴ ἐφήβων τε καὶ παρ-
θένων, παρ' ἕνα χορεύοντες, καὶ
ὡς ἀληθῶς ὅρμον ποιοῦντες. καὶ
ἄγαται μὲν ὁ ἔφηβος, τὰ νικη-
τικὰ

lutum conuertitur. Quorum in medio tibicen locatus est, tibiam incinens, ac pedibus instrepens. Cæterùm illi per ordinem alter alterum sequentes, omnigenas figuras corporis agilitate exprimunt ad rhythmum ingredientes, alias quidem bellicas, alias verò saltatorias, quæ Baccho & Veneri gratæ sunt. Quin etiam cantus quem inter saltandum modulantur, Veneris & cupidinum cognomento nobilitatus est, quasi vnà cum Venere & Cupidinibus cõmuni choreæ saltationi indulgerent. Et altera quidem cantilena (duæ enim canuntur) rationem quoque & præcepta saltandi in se complectitur. Procul, aiunt, ô pueri, promouete pedem, & saltate perfectiùs. Non disparia faciunt quibus Hormum saltare curæ est. Hormus autem genus saltationis est adolescentibus virginibusq; commune, alternatim ad choream dispositis, vt planè hormum, hoc est, segmentum referant. Solet aũt adolescens chorum ducere, more iuuenili saltans,

γικὰ ὀρχεῖσθαι, καὶ ὅσοις ὕστερον ἐν πολέμῳ χρήσεται. ἡ παρθένος δὲ ἐπίστατο κοσμίως, τὸ θῆλυ χορεύειν διδάσκουσα, ὡς ἂν τὸν ὅρμον ἐκ σωφροσύνης καὶ ἀνδρίας πλέκοιμεν. καὶ ἃ γυμνοποδίσι δὴ, αὐτοῖς ὁμοίως ὀρχησίς ἐστιν· ἃ δὴ Ὅμηρος φησὶν Ἀριάδνης, ἐν τῇ ἀσπίδι ποιήσας, καὶ τὸ χορεῖν, ὃν αὐτῇ Δαίδαλος ἤσκησεν, ὡς ἀναγνωκότι σοι παρεῖται· καὶ τοὺς ὀρχησαμένους δὲ τοὺς δύο, ὡς ἑκάστοτε ὁ ποιητὴς ἐμνησικάκησε λαλεῖν, ἡγεμόνας τοῦ χοροῦ καὶ πάλιν, ἃ ἐν τῇ ἀσπίδι λέγει, Κοῦροι δ' ὀρχηστῆρε ἐδίνεον, ὡς τι μάλιστα τοῦτο τοῦ Ἡφαίστου ἐμποιήσαντος τῇ ἀσπίδι. τοὺς μὲν γὰρ Φαίακας καὶ πάνυ εἰκὸς ἦν ὀρχήσεως χαίρειν, ἁβρύς τι ὄντας, καὶ ἐν πάσῃ εὐδαιμονίᾳ διατρίβοντας. ὁ γοῦν Ὅμηρος τοῦτο αὐτὸ μάλιστα θαυμάζοντα ποιεῖ τὸν Ὀδυσσέα, καὶ τὰς μαρ-

tans, quo posteà in adoriendis hostibus vsurus sit. Sequebatur hunc puella modestia quadã conspicua, quæ fœmineum saltum decenter admodum peragebat: vt hormum ex temperantia & fortitudine compositum recte dicere posſimus. Cæterùm quæ Homerus super Ariadne in clypeo memoriæ prodidit, deque choro quem illi Dædalus instituerat, ea, vt iam olim tibi lecta, præteribo silentio. Præteream duos illos saltatores, quos eodem in loco Poëta cybesteteras vocat, chorum ducentes. Rursus quæ in clypeo memorat, In medioq; duos iuuenes agitare choreas Cernere erat, tanquam rem omnium pulcherrimam saltationē Vulcanus clypeo addidisſet. Etenim Phæacas saltatione, vt par erat, vehementer fuisſe oblectatos, mirum videri non debet, cùm tantis affluerent deliciis, ac in omni rerum abundantia & fortunæ indulgentia victitarent. Quare Homerus Vlyſſem ex om-

μαρμαρυγὰς τ ποδῶν θεώμενον. ἐν μὲν γε Θετταλίᾳ τοσόνδε ἐπίδοξον τῆς ὀρχήσεως ἡ ἄσκησις, ὥστε τὸς πρώτους, καὶ πρωτοστάτας, καὶ πρωταγωνιστὰς αὐτῶν, προρχηστῆρας καλοῦσι. καὶ δηλοῦσι τοῦτο ἀπὸ τῶν ἀνδριάντων ἐπιγραφαὶ, ἃς τοῖς ἀρχισυνάγοις ἀνέστησαν. Πρόκειται γάρ, φησι, προρχηστῆρας ἡ πόλις. καὶ αὖθις, Εἰλατίωνι τὰς εἰκόνας ὁ δῆμος, ὑφ' ὀρχησαμένῳ τὴν μάχαιραν. ἐῶ λέγειν, ὅτι τιμητὴν ἀρχαίαν ἀθηναίαν δῆμον ὑπῆρξεν, ἄνευ ὀρχήσεως, Ὀρφέως μὲν καὶ Μουσαίου, καὶ τῶν τότε ἀρίστων ὀρχηστῶν, καταστησαμένων αὐτὰς, ὡς τι κάλλιστον καὶ τοῦτο νομοθετησάντων, σὺν ῥυθμῷ καὶ ὀρχήσει μυεῖσθαι. ὅτι δ' ὅτως ἔχει, τὰ μὲν ὄργια σιωπᾶν ἄξιον, τῶν ἀμυήτων ἕνεκα. ἱκανὸν δὲ πάντων ἀκοῦσαι, ὅτι τὸς ἐξαγορεύοντας

nibus quæ visenda apud Phæacas conspexerat, hoc cũ primis admirantem testatur, agilesq; pedum motiones spectantem. Iam in Thessalia eò vsque progressum est saltationis exercitium, vt populi præsides, & antesignanos illorum, præsaltatores vocare non dubitârint. Cui rei etiamnum statuarum inscriptiones & tituli suo suffragantur testimonio, quas vs qui in bello optimam nauassent operam, erexerunt. Prætulit, inquit, præsaltatorem ciuitas. Et iterum, Eilationi posuit hanc imaginẽ populus, propterea quòd pugnam probè desaltárit. Mitto illud, apud veteres nullas vnquam fuisse celebratas festiuitates aut ceremonias citrasaltationem: quippe quas ab Orpheo & Musæo, optimis tunc saltatoribus, constitutas fuisse satis certè constat, quũ & hoc, vt cætera omnia, vel honestissimum quiddam legibus sanxisse videntur, initiari cum rhythmo & saltatione. Quòd autem hoc ita se habeat, reticenda erant orgia, propter prophanos nondum initiatos. Illud autem omnes audiunt,

φῶνῦσας τὰ μυστήρια, ἐξορχεῖσθαι λέγουσιν οἱ ποιηταὶ ἐν Δήλῳ δέ γε οὐδὲ αἱ θυσίαι ἄνευ ὀρχήσεως, ἀλλὰ σωὺ ταύτῃ, ἢ μετὰ μουσικῆς ἐγίνοντο. πάλαι μὲν γὰρ οἱ σωφρονοῦντες ἐν αὐλῷ καὶ κιθάρᾳ, οἱ μὲν ἐχόρευον, παρεχομένου δὲ οἱ ἄλλοι παρεισῄεσαν ἐξ αὐτῶν. τὰ γοῦν τοῖς χοροῖς γραφόμενα τέλεσι ἄσματα, παρχήματα ἐκαλεῖτο, καὶ ἐμπίπτειν τῶν τοιούτων ἡ λύρα. καὶ τί σοι τὰς Ἑλλήνων λέγω, ὅπου καὶ Ἰνδοὶ, ἐπειδὰν ἕωθεν ἀνατείλαντος, προσεύχωνται τὸν ἥλιον, ὡς ὥσπερ ἡμᾶς, τὴν χεῖρα λύσαντος, ἡγούμενοι ἐντεῦθεν ἡμῶν ἓν τὴν ὀρχὴν; ἀλλ' ἐκεῖνοι πρὸς τὴν ἀνατολὴν σάντος, ὀρχήσει τὸν ἥλιον ἀσπάζονται σχηματίζοντες ἑαυτοὺς σιωπῇ, καὶ μιμούμενοι τὴν χορείαν ἣν θεὸν καὶ τοῦτ' ὄντα Ἰνδῶν καὶ ὀρχὴ, καὶ χοροὶ, καὶ θυσία. διὸ καὶ τούτοις

diunt, quòd ij qui linguæ vitio atque incontinentia mysteria prodidissent, plerique eos desaltasse dictitarent. Porrò autem in Delo nulla sacra peragebantur, quibus saltatio non fuisset adhibita, sed & cum illa & cum musica cuncta persoluebantur. Ingressi verò puerorum chori, tibia & cithara præcinentibus saltabant: quos subsecuti optimi, facto delectu choreis excipiebant. Itaque & cantilenas illiusmodi choreis conscriptas hyporchemata nominare consueuerunt, talibusque lyra impleta fuerat. Quid verò Græcorum gentes tibi commemorem, cùm Indi quoque posteaquam manè è strato surrexerint, Solem precibus venerati fuerint, non quemadmodum nos deosculata manu perfectam precationem esse arbitramur: verùm illi ad Orientem conuersi, saltatione Solem consalutant, sed cum silentio seipsos conformantes, dei choream imitari atq; effingere conantur? Et hæc Indorum est precatio, & chori, & sacrificium. Duabus verò viis

ζοις ἱλιοιῶται τὸν θεὸν ἢ ἀρχομένης καὶ λυομένης τῆς ἡμέρας. Αἰθίοπες δέ γε, καὶ πολεμοῦντες, σὺν ὀρχήσει αὐτὸ ποιοῦσι. καὶ ὅταν ἄρα ἀρίῃ τὸ βέλος Αἰθίοψ ἀνὴρ, ἀφιεὶς τῆς κεφαλῆς (ταύτῃ γὰρ ἀντὶ φαρέτρας χρῶνται, περιθέοντες τὸν αὐτῷ ἀκοντιστὸν τὰ βέλη) ἐὰν μὴ πρότερον ὀρχήσωνται, καὶ τῷ σχήματι ἀπειλήσωσι, καὶ περιφοβήσωσι τῇ ἐρχήσει τὸν πολέμιον. ἄξιον δέ, ἐπὶ τοῦτο ἰνδικοῦ, καὶ τοῦ Αἰθιοπίαν διεξελαύναμεν, καὶ ἐς τοῦτο γέτονα αὐτῶν Αἴγυπτον καταβῶσαι τὸν λόγον. δοκεῖ γάρ μοι ὁ παλαιὸς μῦθος καὶ Πρωτέα τὸν Αἰγύπτιον, ὅτι ἄρα τί ἢ ὀρχήσεώς τινα γνῶσθαι λέγειν, μιμητικὸν ἄνθρωπον, καὶ πρὸς πάντα σχηματίζεσθαι καὶ μεταβάλλεσθαι δυνάμενον, ὡς καὶ ὕδατος ὑγρότητα μιμεῖσθαι, καὶ πυρὸς ὀξύτητα ἐν τῇ τῆς κινήσεως σφοδρότητι, καὶ λέοντος ἀγριότητα, καὶ

cibus ad hunc modum Deū placare solent, nempe mane & vesperi. Atenim Aethiopes non alia quàm saltandi ratione illatis iam signis bellum ingrediuntur, nec quisquam Aethiopum vel sagittam excussam emitteret aut ulsam à capite, (hoc enim vice pharetræ vtuntur, radiorum instar tela capiti circumponentes) nisi priùs saltauerit, & saltatione hosti terrorem incusserit. Consentaneum verò esse opinor, posteaquam totam Indiam & Aethiopiam peragrauimus, vt in vicinā Aegyptum oratione diuertamus. Etenim vetus illa fabula[s] Proteum Aegyptium nihil aliud quàm saltatorem fuisse eximium, mihi planè confirmare videtur, hominē effingendi imitandiq; peritum, quiq; semet in varias rerum facies demutare & transformare potuerit, vt modò in aquas tenues dilapsus abiret imitando, modò ignis celeritatem & vehementiam agilitate corporis, mox leonis immanitatem, ac pardalis

καὶ παρθένιος θυμὸν, καὶ ἀνδρὸς ἀόνημα, καὶ ὅλως, ὅ, τι καὶ θελήσειεν. ὁ δὲ μῦθος, παραλαβὼν πρὸς τὸ παράδοξότερον τῇ φύσει αὐτὸ, διηγήσαλο, ὡς γιγνομένης τούτα, ἅπερ ἐμιμεῖτο. ὅπερ δὴ καὶ τοῖς νῦν ὀρχουμένοις πρόσεστιν ἴδοις τ' ἂν οἷμαι αὐτοὺς πρὸς τὸν αὐτὸν καιρὸν ὡσαύτως παραπλησίως, ᾗ αὐτὸν μιμουμένους τὸν Πρωτέα ἑκάστῳ ὁμοῦ καὶ τῷ ἐμπεσεῖν, τῷ εἰς μυρίας μορφὰς μεταβαλλομένῳ, διαιτῶμεν τινὰ ἄνθρωπον ἅμα τῷ μύθῳ παραδιδόσθαι. ἐπὶ τούτοις δίκαιον μηδὲ τὴν Ρωμαίων ὀρχήσεως ἀμνημονεῖν, ὧν οἱ ἀγχιστα δοκοῦσι αὐτῶν, ὃ πολεμικωτάτῳ τῶν θεῶν Ἄρει, οἱ Σάλιοι καλούμενοι (ἱερωσύνης δὲ τόδε ὄνομα) ὀρχοῦνται σὺν ὅπλοις τε ἅμα καὶ ἱεροπρεπῶς. Βιθυνὸς δὲ μῦθος

lis impetum, deinde arboris motum flexibilem: posiremò in summa quicquid collibuisset, exprimeret. Caterùm fabula eas Protei proprietates ad inusitatiorem opinionem detorquens eam ejus naturam fuisse commenta est, quasi ea ipsa quoque fieret, quæcunque saltandi artificio imitaretur. Qua facultate & eos qui hodie saltationibus nauant operam, præditos esse animaduertimus, videasq; illos eodem tempore diuersissimis modis immutari, ac planè ipsius t Protei esse æmulos. Et si quid coniectura assequèdum est, & u Empusam suspicor (quæ & ipsa in varias rerum facies semet transfundere dicta est) non aliam quàm saltatricem fuisse, fabularum inuolucro significare voluisse homines. Ad hæc iustum esse opinor, ne Romanorum quidem saltationem præterire tacitam, quam nobilissimi quique illorum, quos vocant x Salios (est autem nomen sacerdotij) Martii deo bellicosissimo saltant grauissimè, & religiosissimè. Neque verò Bithynicæ fabulæ com-

μῦθος καὶ οὗτος, οὐ πάνυ τῶν Ἰταλιωτικῶν ἀποπρίῃ, οἱ τὸν Πρίαπον, δαίμονα πολεμικὸν, τῶν Τιτάνων οἶμαι ἕνα, ἢ τῶν Ἰδαίων Δακτύλων, τὸ ἔργον ὑποιημένον, τὸ ἐνόπλια πεδεύειν, παραλαβόντα παρὰ τῆς Ἥρας τὸ Ἄρη, παῖδα μὲν ἔτι, σκληρὸν δὲ, καὶ πρὸς τὴν μητρὸς ἀνδρικὸν, μὴ πρότερον ὁπλομαχῆσαι δεδάξαι, πρὶν τέλεον ὁρχηστὴν ἀπεργάσατο. καὶ διὰ τοῦτο καὶ μισθὸς αὐτῷ παρὰ τῆς Ἥρας ἐγένετο, δικαίως ἀεὶ τὴν τῶν πολέμων ἐπιγιγνομένων τῷ Ἄρει παρ' αὐτῆς λαμβάνειν. τὰ μὲν δὴ Διονυσιακὰ καὶ Βακχικὰ οἶμαί σε μὴ ἐπιμένειν ἐμὲ ἀκοῦσαι, ὅτι ὄρχησις ἐκεῖνα πάντα ἐστίν. τριῶν γοῦν ὄντων τῶν γενικωτάτων ὀρχήσεων, κόρδακος, καὶ σικιννίδος, καὶ ἐμμελείας, οἱ Διονύσου θεράποντες οἱ Σάτυροι, ταύτας εὑρόντες, ἀπ' αὐτῶν ἑκάστῳ ὠνόμασαν. καὶ ταύτῃ τῇ τέχνῃ χρῶ-

læ commentum ab Italorum instituto abhorret admodũ, perhibentium. Priapum deum bellicosum, vnum (vt opinor) ex Titanibus, aut Idæis Dactylis, illud opus factum, rebus militaribus instituendum fuisse, quẽ Mars à Iunone offerente accepit adhuc puerum, durum porrò & rudem, & supra modum virilem, non priùs armorum peritum reddidit, quàm perfectum eundẽ saltatorem effecisset. Quamobrem & merces illi à Iunone destinata est, vt ab illo semper decimam partem spoliorum in bello partorum reciperet. Vt autem Dionysiaca & Bacchica tibi expediam, opinor te non expectaturum vt audias, cuius tota actio nihil aliud quàm saltationem complectitur. Cùm itaque tria sint celeberrimarum saltationum genera, Cordacis & Sicinnidis & Emmeliæ, Bacchi ministri Satyri his à se ipsis inuentis, de se cuique nomen indiderunt: & hac saltandi arte

ἀνδρῶν δ' ὁ Διόνυσος, Τυρ-
ρηνοὺς καὶ Ινδοὺς καὶ Λυδοὺς κα-
τεπράσατο, ὡς φίλον ἔτω μά-
χιμον τοῖς αὐτοῖς θιάσοις κα-
τωρχήσατο· ὥστε ὦ θαυμάσιε,
ὅρα μὴ ἀνόσιον ᾖ, κατηγο-
ρεῖν ἐπιτηδεύματος θεία τε
ἅμα καὶ μυστικὰ, καὶ τοσούτοις θεοῖς
ἐσπουδασμένα, καὶ ἐπὶ τιμῇ οὕ-
τω μεγάλῃ, καὶ τοσαύτην τέρ-
ψιν ἅμα καὶ παιδιὰν ὠφελι-
μον παρεχομένα. θαυμάζω δὲ
σε καὶ κεῖνο, ὡς Ομήρου καὶ
Ησιόδου μάλιστα ἐραστὴν ὄντα
σε (αὖθις γὰρ ἐπὶ τοὺς ποιητὰς
ἐπάνειμι) πῶς ἀντιφθέγγῃ
ἐκείνοις τολμᾷς, πρὸ τῶν πάν-
των ὄρχησιν ἐπαινοῦσιν. ὁ μὲν
γὰρ Ομηρος, τὰ ἥδιστα καὶ
γελοιότατα καταλέγων, ὕπνον
καὶ φιλότητα καὶ μολπὴν
καὶ ὄρχησιν, μοῦσαν ταύτην
ἀμύμονα ὠνόμασε, πρὸς-
μαρτυράσας τὴν Δίαν, καὶ τὸ
ἥδιστον τῇ μολπῇ, ἅπερ ἀμφό-
τερα

arte vtens Bacchus, Tyrrhenos & Indos & Lydos deuictos subiugauit, ac gentes adeò bellicosas ipsis saltem thyrsis desaltauit. Quocirca, ô admirande, videne parum pium aut religiosum sit, in crimen vocare exercitium adeò diuinum & mysticum & cui colendo tanti Dij nauârint operam, quodq; in illorum honorem & cultum toties peragitur, insuper quod tantum oblectamentum simul atque institutionem adeò vtilem exhibere solet. Illud ego A demiror, non ignorans Homeri atque Hesiodi te amatorem esse maximum (iterum enim ad poëtas me conferã) quâ fronte illis contradicere audeas, præ omnibus saltationem summè laudantibus. Siquidem Homerus cùm res mortalium longè iucundissimas iuxtà ac elegantissimas vno quasi fasce coniunctim efferret, nempe somnum, amorem, cantum, atque saltationem: B hanc tamen solam præclaro nobilitauit encomio, inculpata eadem nominata, ascribens per Iouem cantui dulcedinem, quæ vtraque

τερα τῇ ὀρχηστικῇ πρόσεισι, καὶ ᾠδὴν γλυκεῖαν, καὶ ὀρχησμοὺς ἀμείμονας, ὅν σὺ νῦν μωμᾶσθαι ἐπινοεῖς. καὶ πάλιν ἐν ἑτέρῳ μέρει τῆς ποιήσεως; Ἄλλῳ μὲν γὰρ ἔδωκε θεὸς ποιητικῆς ἔργα, Ἄλλῳ δ' ὀρχήσεώ τε, καὶ ἱμερόεσσαν ἀοιδήν. Ἱμερόεσσα γὰρ ὡς ἀληθῶς ἐστιν ὀρχήσεως ᾠδὴ καὶ δῶρον θεῶν τοῦτο λάμπρον. καὶ ἔοικεν ἐς δύο διηρῆσθαι ὁ Ὅμηρος τὰ πάντα πράγματα, πόλεμον καὶ ἀρετήν, οἷς δὲ πόλεμος μόνα ταῦτα ὡς λάμπρα ἀντιτιθεικέναι. ὁ δὲ Ἡσίοδος, ὁ παρ' ἄλλου ἀκούσας, ἀλλ' ἰδὼν αὐτὸς ἔωθεν ὠθοὺς ὀρχησαμένας τὰς Μούσας, ἐν ἀρχῇ τῶν ἐπῶν τοῦτο περὶ αὐτῶν τὸ μέγιστον ἐγκώμιον διηγεῖται, ὅτι περὶ ἀρετήν ἐσπουδάκασι πάσας ἀπαλοῖσιν ὀρχεῖσθαι, τὸ πατρὸς τὸν βωμὸν περιχορεύσασαι· ἀτὰρ σύ μοι, ὦ γύναι,

que saltandi artificio adē esse videmus, & dulces modulos, & saltationem inculpatam, quam vituperare cogitas. Rursus alia in parte suæ Poëseos ita inquit:

Iupiter hunc belli reddit virtute potentem,
At leuibus membris aliū saltare peritum:
Est quem dulcisona sustollit voce canendi.

Suauis profectò est vocum modulatio, quæ saltationi adiuncta est, ac munus quod à dijs immortalibus præstari potuit, longè pulcherrimum. Ac mihi apparet Homerus omnes res mortalium in duo tantùm diuisisse, nempe in bellum & pacem: cæterùm rebus bellicis tantùm hæc tanquam præstantissima studia pacis opposuisse. C At verò Hesiodus, qui non ab alio percensente hoc auditu percepit, sed ipse statim sub auroræ exortum Musas saltantes viderit, in carminis sui initio de illis hoc summum & elegantissimum referre non est veritus encomium, nimirum eas circa fontem floridum mollibus saltare pedibus, iuxta patris aram agentes tripudium. At tu, ô genero-

ὦσιν, μονονχὶ θυομαχῶν, ὑ-
βρίζας ἐς τὴν ὀρχησικήν. ὁ
Σωκράτης δέ, σοφώτατός γε ἀ-
νὴρ (ἔγωγε τοσοῦτόν τοῦδε περὶ
αὐτοῦ λέγοντι τῷ Πυθίῳ) ὁ μό-
νον ἐπῄνει τὴν ὀρχησικήν,
ἅμα καὶ ἐμαθὼν αὐτὴν ἀ-
ξίαν, μίγιστον νόμων εὐρυθ-
μίας καὶ εὐμουσίας, καὶ διὰ τού-
του ἐμμελοῦς, καὶ εὐσχημοσύνης
τοῦ κινεμένου· καὶ οὐκ ἠδέστο γέ-
ρων ἀνὴρ, ἓν τῶν σπουδαιο-
τάτων μαθημάτων καὶ τοῦτο
ἡγούμενος εἶναι. καὶ ἔμοιγέ γε
ἐκεῖνός περὶ ὀρχησικῆς ὁ
μητρῴος σπουδάσασθαι, ὃς γε
καὶ τὰ μικρὰ οὐκ ὤκνει μαν-
θάνειν, ἅμα καὶ ἐς τὰ διδα-
σκαλεῖα τῶν αὐληπρίδων ἐ-
φοίτα, καὶ παρ' ἑταίρας γυμα-
κὸς οὐκ ἀπηξίει σπουδαῖόν τι
ἀκούειν, ἢ Ἀσπασίας. ὡς τοι
ἐκεῖνος ἄρτι ἀρχομένῃ ἥβη
τὴν τέχνην, καὶ οὐδέπω ἐς
νοσοῦσαν μάλα ὀλιγωρουμέ-
νην· ἢ τὸς νῦν ἐπὶ μίγιστον
παραγόντας αὐτὴν ἐθιάτου,
οὗ

rose, tantùm non cum Dijs ipsis pugnans, saltationem conscindis contumelijs cõuicijs. Cæterùm D ipse Socrates, vir omnium sapientissimus, si Pythio hoc illum testimonio cohonestanti fides habenda est, non tantùm saltationem laudibus extulit, sed illam quoque discere non erubuit aut grauatus est, plurimùm tribuens venustæ concinnitati & elegantiæ, tum apto motui, neque non mouentis afformationi. Nec veritus est iam natu grandior saltationem inter serias habere disciplinas: videbaturq; non parùm huic rei perdiscendæ impensurus operæ, quem leuiora ac viliora perdiscere non piguit: sed tibicinarum quoque scholas frequentare solebat, neq; à meretrice muliere E Aspasia quiddam audire dedignatus est. Atqui ille artem non ita pridem natam vidit, necdum tanta elegantia & pulchritudinis accessione auctam & elatam. Qui si nunc eos quorum opera in summum vsque fastigium euecta est, spectaret,

sat

εἶ οἶδα, πάντων ἂν ἐκεῖνός γε ἀφέμενος, μόνῳ τούτῳ τὸν νοῦν ἂν προσέχειν, καὶ τὰς πᾶσας οὐκ ἂν ἄλλο τι πρὸ αὐτοῦ ἐδιδάξατο. δοκεῖς δέ μοι, ὅταν ἐμμελίαν καὶ κορδακίαν ἐπαινῇς, ἐπιλεληθέναι ὅτι καὶ ἐν ἑκατέρᾳ ἐπένευον ὀρχήσεως ἴδιόν τι εἶδος ὄντε. οἷον τραγικὴ μὲν ἡ ἐμμέλεια, κωμῳδικὴ δὲ ὁ κόρδαξ. ἐνίοτε δὲ καὶ τρίτην, σικιννίδα προσλαμβάνομένην. ἐπεὶ δὲ ἐν ἀρχῇ καὶ προετίμησας τῆς ὀρχήσεως τὴν τραγῳδίαν, καὶ τὴν κωμῳδίαν, καὶ αὐλητὰς κυκλίους, καὶ κιθαρῳδίαν, ἀναγώνια ταῦτα, καὶ δεῖ τοῦτο σμικρὰ προσδεῖσθαι φέρειν αὐτοῖς, ἀντεξετάσωμεν τῇ ὀρχήσει ἕκαστον αὐτῶν. καί τοι τὸν μὲν αὐλὸν, εἰ δοκεῖ, καὶ τὴν κιθάραν παρῶμεν, μέρη γὰρ τῆς τῆ ὀρχησεῖ ὑπηρετούσας καὶ ταῦτα. τὴν τραγῳδίαν δὲ ἐξ τὸ σχῆμα τοῦ πρώτου καταμάθωμεν, οἷά ὄντε, ὡς ἐ δοκῇς ἅμα καὶ

sat scio illum omnibus reliquis posthabitis, hisce tantùm spectaculis operam daturum, neque pueros quicquam perinde atque saltationem doctu rum. F *Videris autem mihi laudans Comœdiam atque Tragœdiam, oblitus esse, in vtraque illarum proprium quoddam saltationis genus exerceri. ac tragicam quidem esse Emmeliam, comicam verò esse Cordaca. Nonnunquam vsurpari & tertiam, nempe Sicinnidem. Postea verò quàm in principio saltationi tragœdiam & comœdiam, tibicinasq; & citharam ante ferre non dubitaris, tanquam ista in certamen veniant, atque per hoc grauia dicenda sint: age vicissim ista singulatim excutiamus, tibias autem & citharam relinquamus. Etenim & istæ saltationis partes sunt, ducendis choreis subseruientes. Porrò autem ipsam tragœdiam primùm ab habitu contemplemur, cuiusmodi sit, quàm tur-*

pe &

καὶ φοβερὸν θέαμα, ὡς μῆκος ἄρρυθμον κωμικῷ ἄνθρωπος, ἐμβάτας ὑψηλοῖς ἐποχούμενος, πρόσωπον ὑπὲρ ὑγκους ὀνατενόμενον ἐπικείμενος, καὶ σῶμα μεγάλης φάσεως, ὡς καταπλήττειν τοὺς θεατάς. ὠλίγα πεπερνίσθαι καὶ πεπαγίδαι, πολλὰ καὶ ἐπιτεχνήτως παχύτητα πεποιούμενος, ὡς μὴ τὸ μῆκος ἢ ἀρρυθμία ἐν λεπτῷ μᾶλλον ἐλέγχοιτο. εἶτ' ἐνθοῦν αὐτὸς μεγαλοφωνῶν, ἑαυτὸν ἀνακλῶν καὶ κατακλῶν, ἐνίοτε, καὶ πεζάδων τὰ ἰαμβεῖα, καὶ τὸ δὴ ἄσχιστον, μιμούμενος τὰς συμφορὰς, καὶ μόνης τῆς φωνῆς ὑπάθυμον παρέχων ἑαυτόν· τὰ γὰρ ἄλλα ζῆς ποιητὰς ἐμέλησε, πεπαλαιωμένοις καὶ μέχρι μὲν Ἀνδρομάχη τις ἢ Ἑκάβη δῆ, φορητὸς ἦν ὁ πάθος. ὅταν δὲ Ἡρακλῆς αὐτὸς εἰσελθὼν μονῳδῇ, ἐπιλαθόμενος αὐτοῦ, καὶ μήτε τῶν λεοντῶν ἀφι-

pe & minimè iucundum spectaculum, homo longitudine deformi atque incomposita exornatus, altis calceamentis ingrediens, caput larua minaci obductum habens, tum paramplo ore hiantes quasi spectatores efficere deuoraturus. Mitto adscititia pectora, & ventres facticios, adiunctam & arte compositam corporis crassitudinem, ne longitudine discors compositio in tenui corpusculo magis reprehendenda veniat. Deinde indecora histrionis vociferatio, iam seipsum inclamantis, iam verberantis, aliquando etiã iambicos versiculos cantillantis, & quod turpissimum est, grauissimas calamitates modulantis, ac sola voce semetipsum reprehendendũ exhibentis. Quippe alia priscorum poëtarum industria inuenta sunt. Et quamdiu quis Andromachen agit, aut Hecubam, tolerabilis est concio: vbi verò ipse Hercules carmine lugubri in scenam ingressus est, sui oblitus, neque leoninam,

ἀδικῶδες, μήτι τὸν ῥόπαλον, ὃ πεύκεται, σολοικίαν τὴν φρονῶν ἀκότως φάναι ἄν τις τὸ πρᾶγμα. καὶ γὰρ αὖ, ὅπερ ἐνεκάλεις τῇ ὀρχήσει, τὸ ἄνδρας ὄντας μιμεῖσθαι γυναῖκας, ἰσοινὸν τοῦτο καὶ τῆς παλῳδίας καὶ τῆς κωμῳδίας ἔγκλημα ἂν ἔχοι. πλείστη γοιῶ ἐν αὐταῖς τῶν ἀνδρῶν ἀγωνία. ἡ κωμῳδία δέ, καὶ τῶν προσώπων αὐτῶν τὸ καταγέλαστον, μίξαν τοῦ θυρπνῦ αὐτῇ νενεμηκεν, οἷα λάλων καὶ τιβίων καὶ μαγείρων πρόσωπα. τὸ δὲ ζοῦ ὀρχήσεως σχῆμα, ὡς μὲν εὔσχημον καὶ ἁρμόττες, ἐκ ἐμὲ χρὴ λέγειν. δῆλα γὰρ τοῖς μὲν τυφλοῖς ταῦτα. τὸ δὲ πρόσωπον αὐτὸ, ὡς εὐάλλεσον, καὶ τῷ ὑποκειμένῳ βράματι ἐοικὸς, οὐ λεληθὸς δέ, ὡς ἐκεῖνα, ἀπὰ συμμεμυκός. ἔχει γὰρ πολλὰς τὰς ὑπὲρ αὐτῆ βοῶντας. πάλαι μὲν γὰρ αὐτοί καὶ ᾖδον, καὶ ὠρχοῦντο. ἔπειτα δὲ

neque clauam quæ proponitur, veneratur: adeò vt sane mentis homo quispiam iure optimo talem actionem solœcismum vitiosum possit reprehendere. Iam quod cum primis quoque in saltatione damnâsti, viros histriones mulierum mores imitari, hoc equidem commune quoq; est & tragœdiæ & comœdiæ vitium. Etenim in vtraq; plures introducuntur mulieres quàm viri. Quinetiã Comœdia partem personarum omniũ maximè ridiculam, & oblectationis plenam huic tribuit, videlicet lampadum & tibicinarum & coquorum personas. Sedenim saltationis habitus quàm decens sit & modestus, quorsum attinet dicere, & cùm cæcis quoque ista sint perspicua? Larua ipsa pulcherrima, & subiectæ fabulæ respondens, non immanè hiat, vt illæ, sed saltationi per omnia conuenit. Habet enim permultos sub illa vociferantes. Olim verò ipsi quoque saltatores canebant, & vnà saltabant. Deinde

μὴ συνεπομένων τὸ ἆθημα τῷ σώματι ἐπιτάραλον, ἄμεινον ἔδοξεν ἄμοσε αὐτοῖς ὑπάρξαι. αἱ δὲ ὑποθέσεις κοιναὶ ἀμφοτέροις, καὶ ἔστιν τι διαφέρειν μόνα τῶν τραγικῶν αἱ ὀρχηστικαὶ, πλὴν ὅτι ποικιλώτεραι αὗται, καὶ πολυμαθέστεραι, καὶ μυείας μείζονος ἔχουσι. ἐν δὲ μὴ ἐναγώνιος ἡ ὄρχησις. ἐπάνειμι φημὶ ἐπ' ἀρχὴν, τὸ λόξωσις τοῖς ἀγωνοθέτας μεῖζον καὶ σημνότερον τὸ πρᾶγμα, ἢ ὥστε ἐς ἐξέτασιν ἐλθεῖν. ἐῶ λέγειν, ὅτι πόλις ἐν Ἰταλίᾳ, τοῦ Χαλκιδικοῦ γένους ἐστὶν, καὶ τοῦτο, ὥσπερ τι κόσμημα, τῷ παρ' αὐτοῖς ἀγῶνι προστέθεικεν. ἐθέλω δὲ σοι ἐνταῦθα ἤδη ἀπολογήσασθαι ὑπὲρ τῶν παραλελειμμένων τῷ λόγῳ, παμπόλλων ὄντων, ὡς μὴ λόξωσιν ἀγνοίας ἢ ἀμαθίας παράσχωμαι. οὐ γὰρ

inde animaduertentes continuo motu grauari anhelitum, & per hunc turbari cantilenam, visum est factu longè cōsultius, vt alij saltantibus succinerent. Porrò autem argumenta vtrisque communia sunt: neque vlla in re à tragicis distinctim separata sunt saltatoria, quàm quòd multiplici varietate exornata sunt illa, maioriq́ue studio perdiscenda, atque infinitas mutationes habentia. Quòd autem saltationum nulla sunt certamina, hanc ego causam esse opinor, quòd certaminum auctoribus res maior & grauior visa sit esse saltatio, quàm vt de ea exactè pronunciari posset. Vt præterea ciuitatem in Italia Chalcidici generis præstantissimā, & hanc quemadmodum ornamentum aliquod certamini quod apud ipsos decertandum proponitur, adiecisse. Iam verò super ijs respondere tibi stat sententia, quæ oratione mihi omissa sunt, quæ non pauca esse video, ne quam ignorantiæ aut imperitiæ opinionem apud te incurram. Ne

γάρ μοι λήθῃ, ὅτι πολλοὶ πρὸ ἡμῶν περὶ ὀρχήσεως συγγεγραφότων, πλὴ πλείοσι βιβλίοις τῆς γραφῆς ἐποιήσαντο, πάντα τῆς ὀρχήσεως τὰ ἄθλα ἐπιξιόντων, καὶ ὀνόματα αὐτῶν καταλεγόντων, καὶ οἷα ἑκάστη, καὶ ὑφ' ὅτου νικῴη, πολυμαθίας τὰ πλὴ ἐπίδειξιν ἡγούμενοι παρέξειν. ἐγὼ δὲ μάλιστα μὲν πλὴ περὶ ταῦτα φιλοτιμίαν ἀπερόκαλόν τε καὶ ὀψιμαθῆ, καὶ ἡμαυρῶν ἄμαρον οἶομαι εἶναι, καὶ διὰ τοῦτο παύομαι. ἔπειτα δὲ μὰ κᾶνό σε ἀξιῶ ἐννοεῖν καὶ μεμνῆσθαι, ὅτι μοι νῦν οὐ πᾶσαν ὄρχησιν πρόκειται γραμματολογεῖν, ἀλλ' τὸ τὸν σκοπὸν ὑπισχνούμην ὧν λόγων, ὀρχήσεων ὀνόματα καταριθμήσασθαι, πλὴ ὅσων ἐν ἀρχῇ ὀλίγων ἐπεμνήσθην, τὰς γενικωτέρας αὐτῶν προεισάμενος. ἀλλὰ τό γε

que mihi obſcurum eſt, complures ante nos de ſaltatione libellos conſcripſiſſe, ac omnem ſuam in ſcribendo operam & induſtriam in hoc poſuiſſe, vt omnia ſaltationis genera atque ſpecies numero comprehenderent, earundemque nomina percenſerent, tum cuiuſmodi vnaquæque illarum, aut quo auctore foret inuenta, quo inſtituto magnam multiplicis ſcientiæ opinionem ſibi adiuncturos exiſtimabant. Ergo verò hanc ambitioſam ſuper hiſce rebus contentionem, & ineptam, & ſeræ cognitionis & mihi ipſi in præſens minimè tempeſtiuam & accommodam eſſe arbitror, eamque ob rem illa ſupersedeo. Deinde & hoc te cogitare velim, ac tenere memoria, quòd neque in præſentia ſtatuerim omnem ſaltationem à prima ſtirpe repetitam velle indagare: neque hunc orationis meæ ſcopum eſſe propoſitum, ſaltationum nomina numero complecti velle, præter paucas illas quarum initiò memini, tanquam generoſioribus propoſitis. 1 Verùm

hoc

τό γε ἐν τῷ παρόντι μοι κεφάλαιον τοῦ λόγου ζητούμενον, τὴν νυνὶ ὄρχησιν, καθιστᾶσαν ἐπαινέσαι, καὶ διέξιμεν ὅσα ἐν αὐτῇ τερπνὰ καὶ χάρισιμα περιλαβοῦσα ἔχει, οὐ πάλαι ἀρξαμένην ἐς τοσοῦτον κάλλος ἐπιδιδόναι, ἀπὸ κατὰ τὸν σύβασον μάλιστα. οὐ μὴν γὰρ πρῶται ἐκεῖναι, ὥσπερ τινὸς ῥίζαι καὶ θεμέλιοι τῆς ὀρχήσεως ἦσαν. τὸ δὲ ἄνθος αὐτῆς, καὶ τὸν τελειότατον καρπὸν, ὅσπερ νυνὶ μάλιστα ἐς τὸ ἀκρότατον ἀρετῆς ἐπέτειλεν, τοῦτο νυνὶ ὁ μίμητικὸς λεξέρχεται, παρεὶς τὸ θερμαυστρίζειν, καὶ γύμνον ὀρχεῖσθαι, καὶ τὰ ἄκρα, ὡς μηδὲν τῇ νυνὶ ταύτῃ ἔτι προσήκοντα. δεῖ γὰρ ἐκεῖνο τὸ Φρύγιον δ ὀρχήσεως εἶδος, τὸ παροίνιον καὶ συμποτικὸν, μετὰ μέθης γιγνόμενον, ἀγροίκων πομάκων πρὸς αὔλημα γυναικεῖον ὀρχουμένων, σφοδρὰ

hoc orationis meæ caput & summa futura est, vt eam saltandi rationem quæ nunc constituta in vsu versatur, laudibus illustrem: planumque faciam, quantum cùm voluptatis, tum fructus in se complectatur: & quàm non nuper primùm incepta, ad tantum venustatis & elegantiæ culmen & fastigium peruenerit, nec minus de se exhibens reuerentiæ. Quippe priores illæ, perinde vt radices & saltationis fundamenta fuerunt. Eius autem floridam venustatem, & fructum absolutissimum, qui nunc omnium perfectissimè cunctis augmentis ematuruit, illum nunc in præsens oratione nostra explicabimus, posthabita Thermaystride, & gruum saltatione, & alijs præsenti parùm conuenientibus. Sed ne Phrygiam quidem illam saltandi speciem aptam conuiuijs & compotationibus, & quæ tantùm ebrietate duce exerceri solet, hominibus rusticis sæpenumerò ad tibiam muliebriter saltantibus saltus duros

ὀρὰ καὶ ἰαματηρὰ πηλήματα, καὶ νῦν ἔτι τῶν ἀγροικίας ἐπιπολάζοντα, ὑπ' ἀγνοίας παρείλιπον· ἀλλ' ὅτι μηδὲν τούτων τῇ νῦν ὀρχήσει ἰδιωνυμεῖ καὶ γὰρ ὁ Πλάτων ἐν τοῖς νόμοις, τὰ μέν τινα ἄδην ἐπαινεῖ ταύτης, τὰ δὲ πάνυ ἀπαξιοῖ, διαιρῶν αὐτὰ ἔς τε τὸ τερπνὸν, καὶ τὸ χρήσιμον, καὶ ἀπιλαύνων αὐτῶν τὰ ἀσχημονέστερα, πρεπόντων δὲ καὶ θαυμάζων θάττονα. καὶ περὶ μὲν αὐτῆς ὀρχήσεως τοσαῦτα. τὸ γὰρ, πάντα ἐπεξιόντα, μηκύνειν τὸν λόγον, ἀπειρόκαλον. ἃ δὲ τὸν ὀρχηστὴν αὐτὸν ἔχειν χρὴ, καὶ ὅπως δεῖ πόσκεῖσθαι, καὶ ἃ μεμαθηκέναι, οἷς μετιόντα τὸ ἔργον, ἤδη σοι δίειμι, ὡς μάθῃς, ὁ τῶν ῥᾳδίων, καὶ τῶν ἐμμετρωτέρων οὖσαν πρὸς τέχνην. ἀπὸ πάσης παιδεύσεως ἐς τὸ ἀπρόσιτον ἀφικνεῖται, μουσικῆς μόνον, ἀπὸ καὶ

& laborioſos, & quos etiam num agreſtium ſtudio relictos videmus, præ ignorantia obticui: ſed quia à præſenti ſaltatione omnibus modis aliena eſt, nec quicquam cum illo commune habet: quandoquidem ipſe quoque Plato in Legibus nonnullas illius ſpecies commendat, nonnullas verò in totum reprobat, diuidens eas iuxta voluptatem & vtilitatem, exigens ex illis quæ ſunt indecentiores, anteponens autem & admirans reliquas. Et de ipſa quidem ſaltandi ratione hæc dicta ſufficient. Etenim ſingulis perſequendis orationem extendere, abſurdum mihi videtur, & ineptum. Iam verò ea quæ ſaltatorem eximium habere oportet, tum qua ratione ijs quæ perdidit rectè vti, quibuſq; rebus artem poſſit aſſequi, tibi expediam, vt cognoſcas quàm non iſta ars ommno ſit comprehenſu facilis, & cuiuſuis ingenio obuia & expoſita. ſed omnium diſciplinarum exactiſſimè cognitarum adminiculo excolenda ſit, non muſices tantùm, verùm etiam rhyth-

καὶ ῥυθμικῆς, καὶ γεωμετρικῆς, καὶ δ' σῆς φιλοσοφίας μάλιστα, δ' τι φυσικῆς, καὶ δ' ἠθικῆς. τῶν δ' διαλεκτικὴν αὐτῆς ὡς περιεργίαν, ἄχαριν αὐτῇ νενόμικεν. ὁμιλῆ δὲ ῥητορικῆς ἀφίσταται, ἀλλὰ καὶ ταύτης μέχρι, ἐφ' ὅσον ἤθους τε καὶ παθους ἐπιδεκτική ἐστιν, ὧν καὶ οἱ ῥήτορες ζηλοῦσι. ἐκ ἀπέλαστα δὲ καὶ γραφικῆς καὶ πλαστικῆς, ἀλλὰ, καὶ τῶν ἐν τούτοις ὑρυθμίαν μάλιστα μιμεῖσθαι φαίνεται, ὡς μηδὲν ἀμείνω μήτε Φειδίαν αὐτῆς, μήτε Ἀπελλῆν ἓν δοκεῖν. πᾶσι δὲ, Μνημοσύνη, καὶ τῶν θυγατέρα αὐτῆς Πολύμνιαν, ἵλεων ἔχειν αὐτῇ πρόκειται, καὶ μεμνῆσθαι παρῆται ἁπάντων. διὰ γάρ τοι τὸν Ὁμηρικὸν Κάλχαντα, τὸν ὀρχηστὴν εἰδέναι χρὴ, τάτι ὄντα, τάτ' ἐσσόμενα, πρό τ' ἐόντα, ὡς μηδὲν αὐτὸν διαλαθάναν, ἀλλ' ἓν πρόχειρον τῶν μνήμῃ αὐτῶν.

rhythmices & Geometrices, cum primis verò philosophiæ tuæ naturalis & moralis. Solùm verò Dialecticam illi tãquam superfluam & parùm commodam existimatum est. Neque verò abhorret à Rhetorica, sed & illius est particeps, quatenus mores atque affectus demonstrat, quorum indicandorum cupidi sunt etiã Rhetores. Sed nec à graphica exclusa est, & plastice: verùm harum in membris exprimendis concommitatem magnopere imitari videtur, adeò vt ne Phidias quidem in tantum, aut Apelles in ea videtur præcellere. Ante omnia verò præsens & singularis in saltatore requiritur Memoria, eiusque filia Polymnia, vt omnium rerum callentissimè memor sit. Etenim iuxta Calchantem Homericum, saltatorem scire necesse est,

Quæ sint, quæ fuerint, quæ mox ventura trahantur.

Ne quid rerum prorsus ignoret: sed memoriam habeat promptam, & expeditam. Caput

τῶν. καὶ τὸ μὲν ἀκριβὲς τῆς ὑποθέσεως, μιμητικὴ τίς ἐστιν ἐπιστήμη, καὶ λεκτικὴ, καὶ τῶν ἐννοηθέντων ἐξαγορευτικὴ, καὶ τῶν ἀφανῶν σαφηνιστική. καὶ ὅσπερ ὁ Θουκυδίδης περὶ τοῦ Περικλέους ἔφη, ἐπαινῶν τὸν ἄνδρα, τοῦτο καὶ τὸ τοῦ ὀρχηστοῦ ἀκρότατον ἂν ἐγκώμιον εἴη, γνῶναί τε τὰ δέοντα, καὶ ἑρμηνεῦσαι αὐτὰ ἑρμηνείαν δι' ὧν, τῷ σαφῆ ποιῆσαι τὸ σχημάτων λέγω. ἡ δὲ πᾶσα τῷ ἔργῳ χορηγία, ἡ παλαιὰ ἱστορία ἐστὶν ὡς ἐγὼ φημι, ἧς πρόχειρόν σοι ἔστω μνήμη τις, ἡμῖν δὲ πρὸς ἅπασαν ἐπίδειξις. ἀπὸ γὰρ ἀρχῆς ἄνωθεν, καὶ τῆς πρώτης τοῦ κόσμου γενέσεως ἀρξάμενον, χρὴ αὐτὸν ἅπαντα εἰδέναι, ἄχρι τῶν κατὰ τὸν Κλεοπάτραν τὸν Αἰγυπτίαν. τοῦτο γὰρ τῷ ὀρχηστῷ πρεπωδέστατον ἡμῖν ἐστὶ τοῦ ὀρχηστοῦ πολυμαθὲς· καὶ τὰ δοκοῦντα μάλιστα ἴσως ὁρᾶν ἡμᾶς, Ἀφροδίτης γονὰς, Τιτάνων μάχας, Διὸς γένεσ-

autem argumenti est, imitationis atque demonstrationis scientia, ac rerum mente conceptarum explicatio, neque non obscurum perspicua declaratio. Et quod de Pericle literis ac memoriæ prodidit Thucydides, eum virum collaudans, hanc summam & clarissimam esse saltatoris laudem, nosse quid deceat, & idipsum exsplicare posse. Explicationem autem, habituum perspicuitatem ego dico. Cæterum ad hanc rem potissimùm facere videtur omnis illa rerum priscarum historia, vt à me prædictum est, cum prompta memoria, tum decenti gesticulatione conuincta demonstratio. Statim enim à Chao & primatera generatione faclo exordio, cuncta illi ad vnguẽ cognita esse necesse est, vsque ad Cleopatræ Aegyptiæ tẽpora. Hoc enim seculorum

interuallo circumscripta est nobis multiplex illa saltatori paranda cognitio. Media omnia perfectissimè calleat, Cœli sectionem, Veneris partus, & Titanum pugnam, Iouis

χρήσιμον, Ῥέας ἀπάτην, λίθου ὑποβολήν, Κρόνου δόλωμα, τὴν τῶν τριῶν ἀδελφῶν κλῆρον, ἔτα ἐξῆς Γιγάντων ἐπανάστασιν, πυρὸς κλοπήν, ἀνθρώπων πλάσιν, Προμηθέως κόλασιν, ἔρωτος ἰσχὺν ἑκατέρου. τὴν μετὰ ταῦτα, Δίκης πλάνην, καὶ Λύτης ὠδῖνας, καὶ Πύθωνος ἀναίρεσιν, καὶ Τιτυοῦ ἐπιβολήν, καὶ τὸ μέσον τῆς γῆς εὑρισκόμενον πῦρ φύσει τῶν ἀτόμων. Δυναλίωνα ἐπὶ τέλει, καὶ πλὴν μιγάλην ἐπὶ τέτοις τοῦ βίου ναυαγίαν, καὶ λάρνακα μίαν, λέγανον τὸ ἀνθρωπέιον γένος φυλάξασαν, καὶ ἐκ λίθων ἀνθρώπους πάλιν ἔτα ἐλάχυ σπαραγμὸν, καὶ Ἥρας δόλον, καὶ Σεμέλης κατάφλεξιν, καὶ Διονύσου ἀμφοτέρας τὰς γονὰς, καὶ ὅσα περὶ Ἀθηνᾶς καὶ ὅσα Ἡφαίστου καὶ Ἐρεχθονίου, πλὴν ἐκεῖνα τὰ περὶ τῆς Ἀθηνᾶς, καὶ ἁλιρρόθιον, καὶ πλὴν πρώτων ἐν Ἀρείῳ πάγῳ

uis incunabula & natiuitatem, Rheæ fraudulentam imposituram, lapidis suppositionem, M Saturni vincula, trium fratrum regna per sortem diuisa. Deinde Gigantum seditiosam rebellionem, ignem furto Promethei subtractum, hominum formationem, Promethei supplicium, amoris vtriusque robur & violentiam. Post hæc Deli errationem, & Latonæ ex partu dolores, & Pythonis cædem, & Tityi insidias ac mox, quemadmodum medium terræ aquilarũ volatu inuentum sit. Ad hæc Deucalionem, ac magnum illud id ætatis naufragium, tum vnicam illam aream humani generis reliquas conseruantem. Prætereà quemadmodum denuò ex lapidibus homines prognati sunt. Mox Iachi dilaniationem, & Iunonis dolum & Semeles conflagrationem, & Bachi vtranque stirpem. Tum quæcunque de Minerua referuntur in fabulis, quæcunque de Vulcano, atque Erichthonio: ac disceptationem illam de Attica, & primum in Areopa-

γφ λείσιν, καὶ ὅπως τῷ Ἀττικῷ πᾶσαν μυθολογίαν ἀξιαρήτως ἀνάπλεω, τῷ Δήμητρος πλάνην, καὶ Κόρης εὕρεσιν, καὶ Κελεοῦ ξενίαν, καὶ Τριπολέμου γεωργίαν, καὶ Ἰκαρίου ἀμπελουργίαν, καὶ τῶν Ἐριγόνης συμφορᾶν, καὶ ὅσα περὶ Βορέου, καὶ ὅσα περὶ Ὠρειθυίας, καὶ Θησέως καὶ Αἰγέως. ἔτι δὲ τῷ Μηδείας ἐπιδρομὴν, καὶ αὖθις εἰς Πέρσας φυγὴν, καὶ τὰς Ἐρεχθέως θυγατέρας, καὶ τὰς Πανδίονος, ἅττα ἐν Θράκῃ ἔπαθον καὶ ἔπραξαν. εἶτα ὁ Ἀκάμας, καὶ ἡ Φυλλὶς, καὶ ἡ πρώτη ἁρπαγὴ τῆς Ἑλένης, καὶ ἡ στρατεία τῶν Διοσκούρων ἐπὶ τὴν πόλιν, καὶ τὸ Ἱππολύτου πάθος, καὶ Ἡρακλειδῶν κάθοδος. Ἀπιστῶ γὰρ μὴ ταῦτα ἀκόλουθα ἂν νομίζοις. ταῦτα μὲν τὰ Ἀθηναίων, ὀλίγα πάνυ λείμματος ἕνεκα ἐκ πολλῶν τῶν παραλελειμμένων λέγειν.

go iudicium. In summa, totum illum sermonem Atticum fabulosis narrationibus refertissimum. Præcipuè tamen memoria teneat Cereris errorem, atque inuentam Proserpinam, & Celei hospitalitatem, & Triptolemi agriculturam, & vitium plantationem facta ab Icaro, & Erigones ærumnas: prætereà quæcunque de Borea, quæcunque de Orithyia, & Theseo & Aegeo memoriæ prodita sunt. Adde his Medeæ susceptionem, eiusque denuò in Persas fugam, de regis Erechthei filias, & natas Pandionis, tum quæcunque in Thracia perpessæ sunt, & fecerunt. Deinde non ignorandus est illi Acamas, non Phyllis, non primus raptus Helenæ, tum Castoris atque Pollucis aduersus vrbem expeditio, neque non mors Hippolyti, & Heraclidarum reditus. Iure enim & ista in fabulis Atticis censebuntur. Et hæc quidem ex rebus gestis Athenienssium sanè quàm pauca exempli gratia ex multis à me prætermissis percurri. Deinceps verò memoria quoque tenenda est

θον. ἐξῆς δὲ Μεγάρα, καὶ Νῖσος, καὶ Σκύλλα, καὶ πορφυροῦς πλόκαμος, καὶ Μίνως κόρος, καὶ περὶ τοῦ ἀνεψιοῦ ἀχαριστία, οἷς ἐξῆς ὁ Κιθαιρὼν καὶ τὰ Λαβδακιδῶν πάθη, καὶ Κάδμου περιπλημία, καὶ βοὸς ὄκλασις, καὶ ὄφεως ὀδόντων, καὶ Σπαρτῶν ἀνάδοσις. καὶ αὖθις, ἡ Κάδμου εἰς ὄφιν μετάβολη· καὶ πρὸς λύραν τείχισις, καὶ μανία ἡ τειχοποιοῦ, καὶ τῆς γυναικὸς αὐτοῦ ἡ Νιόβης ἡ μεγαλαυχία, καὶ ἡ ἐπὶ τοῖς πένθεσιγή, καὶ τὰ Πενθέως· καὶ Ἀκταίωνος, καὶ τὰ Οἰδίποδος, καὶ Ἡρακλῆς σὺν τοῖς ἄθλοις αὐτοῦ ἅπασι, καὶ ἡ τῶν παίδων σφαγή. ἔτι δὲ Κόρινθος, πόλις καὶ αὐτὴ μύθων· πρὸς Γλαύκῳ καὶ τὸν Κρέοντα ἔχουσα, καὶ πρὸς αὐτῶν τὸν Βελλεροφόντην, καὶ πρὸς Σθενέβοιαν, καὶ Ἡλίου μάχῃ καὶ Ποσειδῶνος· καὶ μετὰ ταῦτα, πρὸς Ἀθάμαντος μανίαν,

da est Megara, & Nisus, & Scylla, & crines purpurei, & Minois regis Cretensium discessus, ac erga bene de se meritam ingratitudo. Quibus posthea annectenda sunt cum Cithærone quæcunque Thebanis ciuibus acta sunt, & Labdacidarum ærumnæ, & Cadmi peregrinatio, & bouis procubitus, & dentes serpentini, & seminatorum ortus. Et rursus Cadmi in serpentem transmutatio, & ad lyram præcinentem murorum substructio, & murorum instauratoris insania, & vxoris eius, nempe Niobes sibi ac suis exitiosa iactantia, & in luctu silentium: tum quæcunque de Pentheo, quæcunque de Actæone, quæcunque de Oedipode, quæcunque de Hercule cum omnibus illius certaminibus literis prodita sunt, eiusq; liberorum per insaniam facta internecio. Deinde Corinthus, & ipsa plena fabulis, Glaucam & Creonta habent, & ante illos Bellerophontem, & Sthenebœam, Solisq; & Neptuni pugnam. Post hæc autẽ Athamãtis furen-

μανίαν, καὶ τῶν Νιφέλης παίδων ἐπὶ τὸ λευκὸν πλῶ δαίσιον φυγάδα, Ἰνοῦς καὶ Μελικέρτου ὑποδοχάς. ἐπὶ τούτοις, τὰ Πελοπιδῶν, καὶ Μυκηνῶν, καὶ τὰ ἐν αὐτοῖς καὶ πρὸ αὐτῶν, Ἰνάχου καὶ Ἰοῦς, καὶ ὁ φρουρὸς αὐτῆς Ἄργος, καὶ Ἀτρέως καὶ Θυέστου καὶ Ἀερόπης, καὶ τὸ χρυσοῦν δέρας, καὶ Πελοπείας γάμους, καὶ Ἀγαμέμνονος σφαγάς, καὶ Κλυταιμνήστρας τιμωρίαν· καὶ ἔτι πρὸς τούτων ἅπασι τὰ λοιπὰ τῶν φυγάδων γάμους καὶ τῶν Ἀφάρεως ὑποδοχάς, καὶ ὅσα ἐπ' αὐτοῖς χρησμοὶ, καὶ ἡ τῶν πεσόντων ἀταφία, καὶ Ἀντιγόνης διὰ ταῦτα καὶ Μαιμακίωνος ἀπώλεια. καὶ τὰ ἐν Νεμέᾳ Ἄδραστος καὶ Ὑψιπύλη καὶ Ἀρχέμορος, ἀναγκαιότατα τῷ ὄρχηστῇ μνημονεύματα. καὶ πρὸς αὐτοῖς ἅσα τῷ Δανάης παρθένῳ σιν, καὶ Περσέως γένεσιν, καὶ τὸν ἐπὶ τὰς Γοργόνας ἆθλον αὐτῷ πυρημένον. ὧν οἰκεία καὶ ἡ Αἰθιοπικὴ διήγησις,

furentem insaniam, de Nubis liberorum in ariete fugam aërem, Inus & Melicertæ susceptionem. Ad hæc, neq; Pelopidarum facta saltatori negligenda sunt, neque Mycenæ, & quæcunq; in illis memorabiliter gesta sunt. Et ante illos Inachus & Io, & ipsius custos Argus, & Atreus, & Thyestes, & Aerope, & vellus aureum, & Pelopiæ nuptiæ, & Agamemnonis interfectio, & Clytæmnestræ supplicium. Iam adhuc ante illos septem principum aduersus Thebas expeditio, & generorum exulũ Adrasti susceptio, & oraculum de illis proditum: præterea ducum in bello cæsorum interdicta sepultura, & propter hanc Antigones & Mœnecei miserabilis interitus. Insuper quæcũque feruntur in Nemea Hypsipyle & Archemorus saltatori monimenta cum primis necessaria. At etiam quæ ante illa tempora acciderunt, exactè callebit, Danaës virginitatem, Perſei natiuitatem, certamen quod aduersus Gorgonas susceptit. Adde illis & Aethiopicam narrationem,

Cassio-

Καβιόπια καὶ Ἀνδρομέδα καὶ Κηφεύς, ὃς καὶ ἄστροις ἀγκατέλιξεν ἃ τῶν μυθευομένων ταῦτα πίστις. ἐμφανῆ δὲ τὰ ἀρχαῖα, τὰ Αἰγύπτου καὶ Δαναοῦ ἔοικε, καὶ τῷ ἐπιθάμιον ἐπιβουλῇ. ἐκ ὀλίγα δὲ καὶ ἃ Λακεδαίμονι ζηλωτὰ παρέξεται, τὸν Ὑάκινθον, καὶ τὸν τοῦ Ἀπόλλωνος & ἀντιρασθῆ Ζέφυρον. καὶ τῷ ὑπὸ τῷ δίσκῳ τοῦ μειρακίου σφαγῇ, καὶ τὸ ἐκ τοῦ αἵματος & ἄνθος, καὶ τῷ ἐν αὐτῷ ἀναζέσαι ἐπιγραφῆ, καὶ τῷ Τυνδάρεω ἀνάσασιν, καὶ τῷ Διὸς ἐπὶ τούτῳ κατ' Ἀσκληπιοῦ, ὄργῃ, ἔτι δὲ καὶ τὸν Πάριδος & ξενισμὸν, καὶ τῷ Ἑλένης ἁρπαγῇ, μετὰ τῷ ἐπὶ τῷ μήλῳ κρίσιν. νομιστὸν γὰρ τὴν Σπαρτιατικὴν ἱστορίαν καὶ τὴν Ἰλιακὴν συνῆφθαι, πολλὴν οὖσαν, καὶ πολυπρόσωπον. καθ' ἕκαστον γοῦν τῶν ἐκεῖ πραττόντων, δρᾶμα τῇ σκηνῇ προκέκται. καὶ μιμνήσεται δὲ τούτων ἀεὶ, μάλιστα δὲ τῆς ἁρπαγῆς

Cassiopeam, & Andromedam, & Cepheum, quos inter astra annumerauit quoque hominum id aetatis credulitas. Quinetiam illa non ignorabit prisca facta Aegypti & Danai, & insidias quibus petitae sunt nuptiae. Non pauca verò eius generis suppeditabit & Lacedaemon, videlicet Hyacinthum, & Apollinis ritualem Zephyrum, & pueri exitium à disco illatum, enatumque ex illius sanguine flosculum, & gementem in eodem inscriptionem αι αι, & Tyndarum à morte reducem, & Iouis ob hoc ipsum aduersus Aesculapium excandescentiam. Praeterea Paridis apud Menelaum hospitium, & Helenae raptum post factũ propter pomum iudicium. Planè enim existimet Spartanae historia & Iliacam esse adiunctam, copiosam profectò & multiplicem. Itaque iuxta vnumquemque apud Troiam occisorum fabula agenda scenae proponitur. Consentaneum verò est, vt horum subin-

χῆς ἀνθὺς, ἄχρι τῶν ἐν ζοῖς νό-
στοις γεγενημένων, καὶ τ' Αἰνείου
πλάνης, καὶ Διδοῦς ἔρωτος. ὧν
ἐκ ἀμοιρία καὶ τὰ περὶ τὸν
Ορέστου δράματα, καὶ τὰ ἐν
Σκυθία τῷ ἥρωϊ τετολμημέ-
να, ἐκ ἀφοβία δὴ καὶ τὰ πε-
ῖτα, ἀπὸ ζοῖς Ἀχιλέως συν-
ουσίαν, Αχιλέως ἐν Σκύρῳ
παρθένωσις, Οδυσσέως μα-
νία, καὶ Φιλοκτήτου ἐρημία, καὶ
ὅλως ἡ πᾶσα Οδυσσέως πλά-
νη, καὶ Κίρκη καὶ Τηλεγόνος, καὶ ἡ
Αἰόλου τῶν ἀνέμων δυναστεία, καὶ
τὰ ἄπλα μέχρι τῆς τῶν μυήσε-
ρων τιμωρίας. καὶ πρὸ τούτων,
ἡ κατὰ Παλαμήδους ἐπιβολὴ,
καὶ ἡ Ναυπλίου ὀργὴ, καὶ ἡ
Αἴαντος μανία, καὶ ἡ θαλάσσης
ἐν ταῖς πέτραις ἀπώλεια. ἔτι
πομπὰς ἀφορμὰς καὶ Ηλὶς τοῖς
ὀρχεῖσθαι παρωμνύοις, τὸν
Οἰνόμαον, τὸν Μυρτίλον, τὸν
Κρόνον, τὸν Δία, τὸς πρώτους
τῶν Ολυμπίων ἀγωνισάς. πολ-
λὰ δὲ καὶ ἡ κατ' Αρκαδίαν μυθο-

subinde memor sit, cum priꝰmis verò eorum quæ mox à raptu vsque ad Græcorum procerum in patriam reditum peracta sunt. Neque Aeneæ erroris obliuiscatur, neque Didonis amoris. Inter quæ locum quoque habebunt quæ de Oreste circumferuntur fabulæ, tum quælia satis fidenter ausus est in Scythia. Sed nec illa quæ ante hac gesta sunt, ineptè putabit. Achillis in Scyro cum virginibus conuersationem, Vlyssis insaniam, Philoctetæ à Græcis dereliction. In summa, totam Vlyssæam errationem, & Circen, & Telegonum, & Aeoli in ventos imperium, daliaq; vsq; ad procorum supplicia Ante hæc verò quibus sycophantijs Palamedi perniciem machinatus est, & ira Nauplij, & Aiacis furentis insania, & alterius ad petras naufragium facientis exitium. Quin etiam Elis multas occasiones præbebit saltare conantibus: Oenomaum, Myrtilum, Saturnum, Iouem, primos Olympiarum athletas. Atqui nec Arcadia fabularum

μυθολογία, Δάφνης φυγὴ, Καλλισθς θηρίωσις, Κενταύρων παροινία, καὶ Πανὸς γονὰς, Αλφειθ ἔρως, καὶ Υφαλθ ἀφθμία· ἅμα μὲν ἐς τὴν Κρήτην ἀφίκηται τῷ λόγῳ, πάμπολλα μὲν ἐκεῖθεν ὁ ὄρχησις ἐρανίζηται, τὴν Εὐρώπην τὴν Πασιφάην, τὸς ταύρους ἀμφοτέρους, τὸν Λαβύρινθον, τὴν Αριάδνην, τὴν Φαίδραν, τὸν Ανδρόγεων, τὸν Δαίδαλον, τὸν Ικαρον, τὸν Γλαῦκον, τὴν Πολυίδε μαντικὴν, τὸν Τάλω, τὸν χαλκοῦν τῆς Κρήτης φύλακα. μὲν ἐς Αἰτωλίαν μετέλθῃς, μὲν πολλὰ ὁ ὄρχησις καταλαμβάνει, τὴν Αλθαίαν, τὸν Μελέαγρον, τὴν Αταλάντην, τὸν Δαλὸν, καὶ ποταμὸν καὶ Ηρακλέους πάλην, καὶ Σειρεύων γένεσιν, καὶ Εχινάδων ἀνάδοσιν· καὶ μετὰ τὴν μανίαν, Αλκμαίωνος οἴκησιν. ἔτα Νέσσου, καὶ Δηϊανείρας ζηλοτυπίαν, ἐφ' ᾗ τὴν ἐν Οἴτῃ πυράν. ἔχει καὶ Δράκην πολλὰ τῷ ὀρχησομένῳ ἀναγκαῖα, τὸν

larum expers est, Daphnes fugam, Callistus ferinam vitam, Centaurorum temulentiam, Panos parentes, Alphei amorem, & Hyphali peregrinationem exhibens. Iam si oratione in Cretam descenderit, pera multa inde sumet saltatio, Europam, Pasiphaën, tauros vtrosque, Labyrinthum, Ariadnen, Phædram, Androgeum, Dædalum, Icarum, Glaucum, Polyidi vaticinium, Talo, æneum Cretæ custodem. At si in Aetoliam diuerteris, habet & illic non pauca quæ mutuò sumet saltatio: Althæam, Meleagrum, Atalātem, Dalum, fluminis cum Hercule luctam, Sirenum procreationem, Echinadum retributionem, & post insaniam, Alcmæonis habitationem: deinde Nessum, & Deianiræ zelotypiam. cui applicanda est Herculis in Oeta monte pyra, & conflagratio. Habet etiam Thracia non parùm multa saltandi necessaria: nempe Ora-

antiquioribus inscribuntur temporibus, minores alteros putes. Sed vetera quidem exercitia, necessaria existimamus: quæ verò postea per ocium cogitationibus incũbens vita adinuenit, ea vt illis meliora, in precio habenda atque colenda sunt. Nam mihi quidem parum abfuit, quin etiã ridere paulò antè in mentem veniret, Charicle videlicet bruta animantia, & Scytharum solitudinem laudante. Propè autem præ nimia contentione etiam pœnitentia ducebatur quòd Græcus esset. Neque enim veluti qui contraria loqueretur, quæ dicere aggrediebatur, eorum verba submisso ac timido vocis toto furtim efferebat, sed elata voce proclamans: Haud amant, inquit, se mutuò leones, neque vrsi, aut sues: sed illorũ ea concupiscentia solùm dominatur, qua erga fœminas accenduntur. Et quid hoc adeò mirum? Quæ enim ex ratiocinatione meritò aliquis capit, ea illis qui ratiocinari nequeunt, consequi non licet: quoniam cer-

ἔχαρ. ἐπεὶ τοι Προμηθεὺς, ἢ θεῶν τις ἄλλος, εἰ νοῦν ἑκάστῳ σωτήριον ἀνθρωπίνων, οὐκ ἂν ἠρημία, καὶ βίος ὅμοιος αὐτοὺς ἐποίμαινεν, οὐδὲ ἀκήλους τροφὴν ἔψον, ἐξ ἴσου δὲ ἡμῖν ἱερὰ λαμάνοντες, καὶ μίσθωσιν ἰδίαν τῶν ἰδίων ἕκαστος οἰκῶν, ὑπὸ τοῖς κοινοῖς ἐπολιτεύοντο νόμοις. τί δὴ παράδοξον, εἰ ζῶα τῆς φύσεως καλάκριτα, μηδὲν, ὧν λογισμοὶ παρέχονται, παρὰ τῆς προνοίας λαβεῖν ἠτυχηκότα, πρόσαφῆλαι μετὰ τῶν ἄλλων καὶ τὰς ἀφρόνας ἐπιθυμίας; οὐκ ἐρῶσι λέοντες. οὐδὲ γὰρ φιλοσοφοῦσιν· οὐκ ἐρῶσιν ἄρκτοι· τὸ γὰρ ἐκ φιλίας καλὸν οὐκ ἴσασιν. ἀνθρώποις δὲ ἡ μετ' ἐπισήμης φρονήσεως, ἐκ τοῦ τοιούτου παράσχοι τὸ κάλλιστον ἕλομένη, βεβαιοτάτους ἐρώτων ἐνόμισε τοὺς ἀφρόνας. μὴ δίωκε, ὦ Χαρίκλεια, ἀκολάστου βίου συμφορήσασα ἑταιρικὰ

tè Prometheus, aut alius deorum quispiam, si mentem cuilibet humanam indidisset, haudquaquam solitudo & vita montana pascerent illos neque mutua atq; promiscua pabula haberent, sed ex æquo nobiscum sacra verentes, & medias ædes priuatorum quisque habitans, communibus regerentur legibus. Quid igitur mirum aut alienum, si animalia naturæ dãnata, quæ nihil eorũ quæ ratio suppeditat, à prouidentia accipere per fortunam vnquam potuêre, cum cæteris rebus etiam concupiscentia in mares priuata sunt? Non amant sese leones: neq; enim philosophantur. Non amant vrsi: non enim honestum ac pulchrum illud quod in amicitia est, norunt. At hominum illa cũ scientia coniuncta prudentia, ex eo quòd sapiùs periculum fecerat, optimum quod erat eligens, firmissimorum amorum iudicauit esse masculos. Nequaquam igitur, Charicles, proteruæ & intemperantis vitæ collectis meretricij narrationibus grauitatem

μὰ διηγήματα, γυμνῷ τῷ λόγῳ τῆς συμφότητος ἡμῶν καταπόμπευε, μηδὲ τὸν οὐράνιον ἔρωτα τῷ νηπίῳ σώματι ἐνθυμοῦ. λογίζου δὲ ὀψὲ μὲν ἤδη πλείστας τὰ τοιαῦτα μεταμαθάνων, ὅμως δ' οὖν λογίζουνιῶν γε, ἐπειδήπερ οὐ πρότερον, ὅτι διπλοῦς θεὸς ὁ ἔρως οὐ κατὰ μίαν ὁδὸν φοιτῶν, οὐδὲ ἑνὶ πνεύματι τὰς ἡμετέρας ψυχὰς ἐρεθίζων, ἀλλ' ὁ μέν, ὡς ἂν εἰκάσαι, κομιδῇ νέα φρονῶν, οὐδενὸς αὐτοῦ πλὴν ἡδονῆς διανοίαν λιθοχῆν ἄλλο μένου λογισμὸν, πολὺς ἐν ταῖς τῶν ἀφρόνων ψυχαῖς ἀθροίζεται, μάλιστα δὲ αὖ γυναικῶν πόθοι μένουσιν. ἕτερος δέ ἐστιν ὁ ἐρημέρου ταύτης ὕβρεως ἑταῖρος, ἀκείτῳ φορᾷ πᾶς τὸ βουλόμενον ἄγων. ἕτερος δὲ ἔρως, ὠγυγίων παλαιῶν χρόνων, σεμνὸν ὀφθῆναι, καὶ πάντοθεν ἱερατικὸς θέαμα, σωφρονούντων ταμίας παθῶν, ἅπαντας ἐκάστοις διανοίαις ἐμπνέων.

uitatem noſtram ſermone nudo inſecteris, néve tæteſtem illum Amorem infanti huic connumeres: ſed vel nunc tandem apud te conſidera, quoniam id nunquam antea feciſſe videris, quòd duplex deus Amor eſt, haudquaquam vna via ventitans, neque vno ſpiritu animos noſtros accendens, ſed alter quidem (quantum equidem arbitror) valde puerilia ac ſtulta ſapiens, nulla ipſius mentem ratione gubernante, frequens in animis inſipientium congregatur. præcipuè autem ipſi muliebria deſideria curæ ſunt. Et hic eſt quotidianæ iſtius contumeliæ ſocius, abſque diſcrimine cuicunque volenti ſeſe celeriter applicans. Alter autem

Amor parens veterrimorum temporum,
Spectaculum viſu graue, & prorſus ſacrum,
Cuſtosq; temperatorum affectuum,

blandum quiddam mentibus vniuſcuiuſque inſpirat: ac propi-

καὶ λαχόντος ἵλεω τοῦδε τοῦ δαίμονος, ἥδονὴν ἀρετῇ μιγνύντες ἀσπαζόμεθα. δισσὰ γὰρ ὄντως, κατὰ τὸν τραγικὸν, πνεύματα πνεῖ ὁ ἔρως, ἐνὸς δὲ ὀνόματος οὐχ ὅμοια τὰ πάθη κεκοινώνηκε. καὶ γὰρ αἰδοῦς, ὠφελείας ὁμοῦ καὶ βλάβης ἀμφίδολός ἐστι δαίμων. Αἰδῶς, εἴτ' ἄφρας μεγασύνετας, εἴθ' ὑπύησιν. οὐ μὴν οὐδὲ εἰδὼς γνώσεται ὅσιν ἓν, ἀλλ' ἐπὶ γᾶν εἰσὶ δύο, τὴν μὲν κενὴν ἐπανίσασι νοῦσας, ἡδὲ ἐπιμωμήτῳ, ἣν δὲ ἀνδρεῖα θυμὸν ἔχουσιν. οὐδὲν σοὶ παράδοξον, ἃ πάθος ἀρετῇ κοινὴν προσηγορίαν ἔχειν τύχῃ, ὅσοι ἔρωτα καλεῖσθαι, τὴν μὲν ἀκόλαστον ἡδονὴν, τὴν σωφρονοῦσαν εὐνοιαν. γάμους δ', φησὶ, τὸ μηδὲν οἰδ', τὸ βίον τε βίᾳ φυγαδεύειν, ἵνα πῶς μείνωμεν ἄνθρωποι; ἥκιστ' ἂν μὲν λέγων, κατὰ τὸν σοφώτατον Εὐριπίδην, ἃ δίκαια τῆς πρὶν γυναῖκας σωθῆναι, φοιτῶντος ἐπὶ ἱερὰ καὶ ναούς. ἀργύ-

propitiũ hunc Deum sortiti, voluptatẽ virtute immixtam amplectimur. Geminos enim reuera iuxta tragicum spiritus efflat amor. Vnũ autẽ & cõmune nomẽ affectus dissimiles habent. Nam & verecundia vilitatis pariter & damni ambigua atq; anceps dea est, Quæ simul & fructus homini, & mala plurima confert. Iam verò neque contentionum genus vnum est, —terraq; per orbem

Versantur geminæ: quarũ hanc cum laude sequuntur

Prudentes, illam damnant ceu fraudis amantem.

Nihil igitur nouũ aut mirũ, si affectus peior virtuti communem appellationem fortè nactus sit, ita vt amor vocetur & intemperãs illa voluptas, & modesta hæc beneuolentia. Nuptias igitur, inquit, pro nihilo putas, & fœmineũ genus è vita expellis: deinde quo pacto homines cõseruabimur? Beatũ sanè quiddã fuerat, iuxta sapientissimũ Euripidem, si absq; illo cũ mulieribus cõgressu ad sacra & templa Deorũ cõuitantes, argen-

ἀργύρου καὶ χρυσοῦ τέκνα παρὰ τῆς σῆς ἀλόχης ἰωνούμεθα. ἀνάγκη γάρ, βαρεῖα κατ' αὐχένα ζυγὸν ὑμῖν ἐπιθεῖσα, τοῖς κτωμένοις πειθαρχεῖν βιάζεται· τὸ μὲν οὖν καλὸν ἀρώμεθα τοῖς λογισμοῖς· ἀνάγκῃ δὲ τῷ τὸ χρήσιμον. ἄχρι τέκνων, γυναικῶν ἐλευθέρων ἔσωσαν, ἐν δὲ τοῖς ἄλλοις ἄπαγε, μή μοι γένοιτο. τίς γὰρ ἂν φρονῶν ἀνίχνευσε λευκὸν ἐξ ἰωδίνου γυναικὸς ὡραϊζομένης, ἐπικτήτοις σοφίσμασιν; ἧς ὁ μὲν ἀληθὴς χαρακτὴρ ἄμορφος, ἀμόρτιοι δὲ κόσμοι, τὸ τῆς φύσεως ἀπρεπὲς βουκολοῦσιν. ἐγὼ δὲ ἐν νυκτέρου κοίτης πῶς ὄρθρου ἄρ' ἴδοι τις ἀνεστραμένας γυναῖκας ἀσχέως νομίσαι θηρίων, ἢ πρὸς μιᾶς ὥρας ἀνομαθλιῶσαι δυσκινδύνων. ὅθεν ἀκριβῶς οἶκοι καθέργασιν αὐτὰς, ὀδυνηρὸν ἀρρένων βλεπομένας· χρῶ δὲ, καὶ θεραπαι-

argento atq; auro liberos à successione mercari possemus. Necessitas enim grauis cervicibus nostris iugo imposito, imperatis parere nos cogit. Quod pulchrum igitur est, id ratione eligimus: necessitati autem cedat vilitas. Quantum igitur ad liberos procreandos attinet, mulieres in numero aliquo sint: in cæteris verò rebus apage ne mihi vlla fuerit. Quis enim sanæ mentis sustinere queat, à summo stratim mane mulierem comantem atque exornantem sese, alienis atq; adscititijs imposturis? Cuius vera ac nativa facies, turpis est: peregrina autem ornamenta, naturæ deformitatem tegunt, atque aspicientibus imponūt. Quòd si igitur ad auroram contemplatur aliquis mulieres à nocturno lecto surgentes, turpiores putabit esse bestijs, quæ intra vnam horam nominari aut excitari se difficillimè patiuntur. Vnde diligenter domi concludunt sese, vt ne ab vllo viro conspiciantur. Amiculæ autem & ancillæ,

ραπανίδων ὁ σύμμορφος ὄχλος, ἐν κύκλῳ παρισᾶσι, ποικίλοις φαρμάκοις καταφαρμακούσας τὰ δυσειδῆ πρόσωπα. οὐ γὰρ ὕδατος ἀκράτῳ νάματι τὸν ὑψηλὸν ἄρνιψάμενα κάρον, οὐδὲ σπουδῆς ἐχομένου τινὸς πράγματος, ἀλλ' ἢ πολλὰ τῶν ἀσπασμάτων σιωθεῖσα τὸν ἀηδῆ τοῦ προσώπου χρῶτα φαιδρώσασιν. ὡς δ' ἐπὶ δημοτικοὺς πομπῆς, ἄλλο τις ἄλλη τῶν ὑπηρετουσῶν ἐγκελεύεται, κηκανίδας ἀργυρᾶς, ἢ πέλυνον ἔσοπρά τι, καθάπερ ἐν φαρμακοπώλου πυξίδων ὄχλον, ἀγγεῖα μετὰ ποικίλης κακοδαιμονίας, ἐν οἷς ὀδόντων σμηκτικὴ δυνάμις, ἢ βλεφάρα μελάνουσα τέχνη θησαυρίζεται. τὸ δὲ πλεῖστον ἀναλίσκει μέρος ἡ πλοκὴ τῶν τριχῶν· ἄλλη μὲν γὰρ φαρμάκοις ἐρυθραίνεσθαι δυναμένοις, πρὸς ἡλίου μετουμβρίαν τοὺς πλοκάμους, ἴσα ταῖς τῶν ἐρίων κροκαῖς,

cilla, consimilis formæ turba, circumstant, variis medicaminibus infelices illas facies inficiendo ac medicando restituentes:

Neque enim latice meri
Aquæ profundam vbi abluêre crapulam,

protinus ad serium aliquod studióque dignum accedunt negocium, sed crebræ medicamentorum compositiones fœdam faciei cutem expoliunt. Perinde autem vt in publica pompa, alia subinde aliæ ancillarum instrumenta manibus exhibent, pelues videlicet aureas, & gutturnia, speculáque, & quemadmodum in pharmacopolio, pyxidum turbam, & vascula plena multæ infelicitatis, in quibus dentium vis abstersiua aut pallebris denigrandis ars comparata veluti thesaurus quispiam seruatur. Plurimam autem partem consumit textura capillorum. Nam aliæ quidem medicamentis rubefaciendi vim habentibus, ad Solis meridiem capillos perinde vt lanarum colo-

ribus

ροισῖς, ξανθῷ μιταβάπτουσιν ἄνθει, πλὴν ἰδίαν καλακρίνουσα φύσιν, ὁπόσοις δ' ἀρκεῖν μέλαινα χαίτη νομίζεται, τὸν γυναικῶτων πλοῦτον ἐς ταὐτὸν ἀναλίσκουσιν, ὅλην Ἀραβίαν σκυλεύοντες τῶν πριχῶν ἀφαιρούσας, σιδηρᾶ τε ὄργανα, πυρὸς ἀμβλείᾳ φλογὶ λιανθέντα, βίᾳ πλὴν ἐκείνων οὐσότητα διαπνέοντα. καὶ περίεργοι μὲν ἄμικρι τῶν ὀφρύων ἐφελκυσμέναι κόμαι, βραχὺ τῷ μετώπῳ μετάκρμιον ἀφιᾶσι, σοβαρῶς δέ, ἄχρι τῶν μεταφρένων, οἱ ὄπισθεν ἐπισαλεύουσι πλόκαμοι. καὶ μετὰ τοῦτο ἀνθοβαφῆ κίδαλα, τῆς σαρκὸς ἐνδοτέρω τοὺς πόδας ἐπισφίγγοντα, καὶ λιπαροῦφῆς ἐς πρόφασιν ἰσθῆς, ὑπὲρ τοῦ δοκεῖν γεγυμνῶσθαι· πάντα δὲ τὰ ἐντὸς αὐτῆς, γνωρισμάτια τοῦ σώματος, χωρὶς τῶν ἀμόρφως περιπλωκότων μαζῶν, οὓς ἀεὶ περιφέρουσι δεσμώτας.

ribus flauo inficiunt fulgore, propriam damnantes naturam. Aliæ verò quibus sufficere ad formam nigra coma videtur, omnem maritorum opulentiam in hanc expendunt, totam propè Arabiam ex capillis redolentes; ferreaque instrumenta ignis obtusa ac modica flamma calefacta, vi quadam cincinnorum flectius inter se implicant. At curiosius quidem compositæ illæ, & ad supercilia vsque attractæ comæ, breue interstitium fronti relinquunt. Post tergum autem in scapulas vsque demissi capilli, in solenti quodam modo succutiuntur. Huc accedunt & varijs coloribus tincta sandalia, intra carnem pedes ipsos adstringentia, & tenuis atque pellucida, prætextu tantum assumpta, vestis, ne corpus ipsum nudatum esse videatur. Omnia autem quæ intra ipsam sunt, cognitu facciliora quàm facies, vsque ad turpiter propendentes istas mamillas, quas semper circumferunt obligatas ac vinctas.

τας. τί δὲ τὰ τούτων πλουσιώτερα λαικὰ διηξιῶσι, λίθους ἐρυθραίους κατὰ τὸ πλοβῶν, πολυτάλαντον ἡρτημένας βρίθῳ, ἢ τὸς περὶ καρποῖς ἢ βραχίοσι δράκοντας, ὡς ὄφιλον ὄντως ἀντὶ χρυσίου δράκοντος εἶναι. καὶ στράνη μὲν ἐν κύκλῳ τῇ κεφαλῇ περιθεῖ, λίθοις ἰνδικαῖς διάστρῳ. πολυτελεῖς δὲ τῶν ἀχράντων ὅρμοι καθῆνται. καὶ ἄχρι τῶν μηρῶν ἰσχάτων καταβέβηκεν ὁ ἄθλιος χρυσὸς, ἅπαν, εἴ τι τοῦ σφυροῦ γυμνοῦται, περισφίγγων. ἄξιον δ' ἦν, σιδήρῳ τὰ περίσφυρα σκέλη περιδῆσθαι. καπηλὰν αὐτῶν ὅλον τὸ σῶμα, νόθης ὑμορρείας ἐξαπατῶντι κάλλει δεδραγωθῆναι τὰς ἀναισχύντους παρειὰς ἐρυθραίνουσιν ἐπιχρίσεσι φύκεσιν ἵνα τῷ ὑπερυθρον αὐτῶν, καὶ ποίαν χροιὰν, τὸ πορφυροῦν ἄνθος ἐπιφοινίξῃ. τίς δ' ἂν ὁ μετὰ τοσαύτης παρασκευῆς βίος; ἀνθὺς ἀπὸ τῆς οἰκίας ἔξυσθαι, καὶ

ctas. Quid autem opus eſt opulentiora iſtis mala recẽſere? lapillos videlicet Erythræos ab extremis auriculis numeroſo põdere ſuſpenſos, aut illos circum manus & brachia euntes draconeſ? qui vimam verè pro auro dracones ſint. Etiam corona caput circumcircà ambit, lapillis Indicis ſtellata: precioſa autem de ceruicibus monilia dependent, & vſq; ad extremos pedes miſerum illud deſcendit aurũ, omne quicquid tali vbique nudum eſt, reuinciens & adſtringens. Dignum autem fuerat ferro potiùs religata crura iſta vinciri. Iam verò vbi totum corpus adulterinæ iſtius formoſitatis fallaci elegantia quaſi quibuſdã præſtigijs efformatum fuerit, impudentes etiam genas rubefaciant illitis fucis, vt videlicet nimiùm ipſarũ & pinguem colorem, purpureus ille nitor inſuper additus rubere faciat. Quæ igitur vita porrò tantum apparatum conſequitur? Nempe ſtatim è domo egreſſiones, & om-

καὶ πᾶς θεατὴς ἐπιτρίβων τὰς γυναικότας. ὧν ἐνίων οἱ κακοδαίμονες ἄνδρες, οὐδὲ αὐτὰ ἴσασι τὰ ὀνόματα, Λω λιάδας, ἢ τύχοι, καὶ Γνιτυλλίδας, ἢ τὴν Φρυγίαν λοίμονα, καὶ τὸν δυσέρωτα Κῶμον ἐπὶ τῷ ποιμνίῳ τετυτὰ δὲ ἀπόῤῥητοι, καὶ χωρὶς ἀνδρῶν, ὕποπλα μυστήρια· καὶ γὰρ τί δεῖ περιπλέκειν ἀλαθορὰν ψυχῆς; ἐπειδὰν δὲ τούτων ἀπαλλαγῶσιν, οἶκοι ἀνθ' ὧν τὰ μακρὰ λουτρά. καὶ πολυτελὴς μὲν καὶ ἁδέα τράπεζα πολὺς δὲ ὁ μετὰ τῶν ἀνδρῶν ἀκκισμός. ἐπειδὰν γὰρ ὑπὲρ πλέω γένωνται τοῖς παρ' αὐτῶν γαστριμαργίαις, οὐκ ἔτ' οὐδὲ τὸ φάρυγγ' αὐτοῖς παραδέχεσθαι λιπαρεμόν τι σιτίον, ἄκροις δακτύλοις ἐπιγράφουσα, τῶν παρακειμένων ἕκαστον ἀρχοῦνται, νύκτας ἐπὶ τούτοις διηγούμενα, καὶ τοὺς ἐτεροήκοντας ὕπνους, καὶ θηλύτητ' ἀνδρὶ γέμουσαν, ἀφ' ἧς ἀνασὰς ἕκαστ', ἀνθ' ὧν πατρὸς κεφάλαιον. ταυτὶ

& omnis spectator atterens atq; enecans maritos. Quorum nonnullorum infelices viri, ne ipsa quidem nomina norunt, [m] Coliadas, si fors ita ferat, & Genetyllidas, aut Phrygiam illam deam, & Comum amore perditum in pastore. Sacrificia autem arcana, & absque viris suspecta mysteria. Quid enim attinet & animorum corruptelas complecti? Postquam autē his peractis iterum discesserunt, domi statim prolixa balnea, ac sumptuosa quidem & lauta mensa, erga viros autem multa ac simulata recusatio. Postquam enim nimis quàm repletæ fuerint sua ipsarum gulositate, cùm amplius neque guttur ipsarū cibi quicquam recipere potest, summis digitis velut inscribentes, appositorum unumquodque degustant, notes ad hæc narrantes, & diuersorum corporum somnos, & muliebritate lectum refertum, ex quo surgens quisque statim lauacro opus habet.

ταυτὶ μὴν οὖν ὑπεθοῦς βίου τεκμήρια. τῶν δὲ ἀκριτέρων εἴ τις ἐθελήσειε τὸ ἀληθὲς κατὰ μέρος ἐξετάσαι; ὄντως καταράσεται Προμηθεῖ, τῷ Μενάνδρου ἐκείνῳ ἀρρήξας φωνῶ. Εἶτ' οὐ δικαίως πεσπαπαλωμένον Γράφουσι τὸν Προμηθέα πέτρας; Καὶ γίνετ' αὐτῷ λαμπάς, ἄλλο δ' οὐδὲν ἐν Ἀγαθοῖ, ὃ μισῶν οἶμ' ἅπαντας τοὺς θεούς. Γυναῖκας ἔπασσον, ὦ πολυτίμητοι θεοί, Εθυ μιαρόν. γαμεῖ τὶς ἄνθρωπον; γαμεῖ Λάθεος, λοιπὸν ἐπιθυμία. νὴ γαμιλίφ λέχεϊ μοιχὸς ἐντρυφῶν. Εἶτ' ἐπιβουλαὶ νὴ φάρμακα, κἠν νόσοι, Χαλεπώτατος φθόνος, μυθ' οὗ ἕνα πάντα Βίον γνώ. τίς καθ' ἕκαστα τὰ ἀγαθὰ διώκει; τίνι βίος ὁ ἀνυσχὴς

bet. Atque hæc constantis vitæ argumenta sunt. At verò quæ acerbiora sunt, si quis veritatem ex parte modò diligentiùs persequi velit, verè execrari Prometheũ posset, in Menandri illam etrumpendo vocem:

Ergo immerentem dicti tant Promethea
Pendêre fixum Caucasi de rupibus?
Et geritur illi lampas, at aliud nihil
Boni: quod omnes autumo odisse superos.
Fecit mulieres, proh supreme Iuppiter,
Genus sceleſtum. ducit aliquis coniugem?
Clàm ducit, & quodammodo oblitus sui.
Nam cupiditates mox sequuntur plurimæ,
Torò́q́ aduler nuptiali subsidens
Illudit. hinc nascuntur insidiæ & metus,
Et temperata toxico mala pocula,
Morbiq́ varij, atque omnium grauiſima
Inuidia, cum qua mulier omne æuum exigit.

Quis hæc bona videlicet ſectatur? aut cui vita adeò infelix

ψυχὴς οὗτος, ὑμῖν; ἄξιον
τοίνυν ἀντιθεῖναι ζῶις θήλεσι
κακοῖς, τὸν ἄῤῥενα τῶν παί-
δων ἀγωγόν. ὄρθρου ἀνα-
στὰς ἐκ τῆς ἀβύρτου κοίτης, τὸν
ἐπὶ τῶν ὀμμάτων ἔτι λοιπὸν
ὕπνον ἀποψάμενος, ὕδατι
λιτῷ, τὴν ἱερὰν χλαμύδα
ταῖς ὠμοπλάταις περόναις συμ-
βάψας, ἀπὸ τῆς πατρῴας ἐξ-
έδρας ἐξέρχεται, κάτω κύκλ-
φος, καὶ μηδένα τῶν ἀπάν-
των ἐξ ἐναντίας ἐπισβλέπων.
ἀκόλουθοι δὲ καὶ παιδαγωγοὶ,
χορὸς αἰδοῦς πόσμου ἕπονται,
τὰ σεμνὰ τῆς ἀρετῆς ἐν χερ-
σὶν ὄργανα κρατοῦντες, οὐ
θεσπεσίους ἐνδύμας, κόμης
καταψήκτρας ἁπαλοψώσας, οὐ
δὲ ἔσοπτρα τῶν ἀντιμόρφων
χαρακτήρων ἀγράφους ἀκό-
νας, ἀλλ' ἃ πολύπλοκοι θέλ-
γητρα κατόπιν ἀπολουθοῦσιν,
ἃ παλαιῶν ἔργων ἀρίστας φυ-
λάττουσα βίβλοι, ἃ ἐν μεσ-
σαῖς δίκαι φοιτῶσιν, ὠμιλλᾶς λύ-
ραι. πᾶσι δὲ τοῖς φιλοσόφοις
ψυχῆς μαθήμασι πεπαρῶς
ἐναθλή-

felix ac misera animum de-
mulceat? Aequum igitur
fuerit, mulieribus istis malis
opponere masculam puero-
rum viuendi rationem. Nam
manè surgens ex lecto haud-
quaquam coniugali, post-
quam residentem in oculis
somnum reliquum aqua sim-
plici abstersit, sacra chla-
myde humeralibus fibulis
adstricta, à paternis ædibus
egreditur, demisso in terram
vultu, ac neminem ex omni-
bus ex aduerso intuens. Co-
mites autem & pædagogi,
turba ipsum decens, sequun-
tur, venerabilia virtutis in-
strumenta manib. tenentes,
non sectli pectinis incisuras,
quib. coma demulceri queat,
neque specula, repercussa-
rum formarum absq; peni-
cillo expressas effigies: sed
vel multiplices pugillares à
tergo sequuntur, vel vete-
rum virtutes operum custo-
dientes libelli. Quòd si etiã
in ludum Musici itare illum
oporteat, apta atque sonora lyra. Omnibus autem phi-
losophicis animi disciplinis abundanter exercitatus, vbi

ἐναθλύσας, ἐπεὰν ἡ διάνοια τῶν ἐγκυκλίων ἀγαθῶν κορεσθῇ, τὸ σῶμα τοῖς ἐνωθυρίοις ἀσκήσεσιν ἐκπονῇ. Θεσσαλοὶ γὰρ ἵπποι μέλεσιν αὐτῶν, ἢ βραχὺ τὸν νεότητα πωλοδαμνύσας, ἐν εἰρήνῃ μελετᾷ τὰ πολεμικὰ, ἄκοντας ἀφιεὶς, καὶ βέλη δι' ἀσφαλοῦς διεξιὰς ἀφπάπων. εἶθ' ἁλίπαρὰ παλαῖστραι, καὶ πρὸς ἥλιον μεσημβρινὸν θάλπος, ἐγκονίζεται τὸ σῶμα πυκνόμενον. οἵ τε τῶν ἐναγωνίων πόνων ἀποπαλσόντων ἱδρῶτες, μεθ' ὕδατος ἀσωτὰ σωτόμα, καὶ πράπεζα, τῇ μετὰ μικρὸν ἐπινήφουσα πράξει. πάλιν γὰρ αὖ διδάσκαλοι, ἢ παλαιῶν ἔργων ἀπιτήδευμα, καὶ ἐπιμελήμματα μνήμαι, τίς ἀνδρεῖος ἥρως, ἢ τίς ἐπὶ φρονήσει μαρτυρήμων, ἢ οἷοι δικαιοσύνῃ καὶ σωφροσύνῃ ὅσιάς σαυτὸ. τοιαύτας ἀρετῆς ἀπαλὸν ἔτι τὸν ψυχὴν ἐπάρδων, ὅταν ὀψέρα τὸν πράξιν ὁρίσῃ, τῆς γαστρὸς ἀνάγκη τὸν ὀφειλό-

iam mens cyclicis illis bonis satiata fuerit, corpus quoque liberis exercitationibus exercet. Nam Thessali equi curæ illi sunt: ac breuiter iuuentutem domans ac subiugans, in pace meditatur res bellicas, emittendo spicula, & euibrando iacula, perita ac certa feriendi dextera. Deinde & nitidæ palæstræ, & ad Solis meridianum calorem oppletur puluere corpus densatum, destillantesque contentiosorum laborum sudores, post quos lauacra breuia, & mensa sobria, rebus paulò pòst gerendis non aduersa. Rursum enim ipsi tum præceptores, & veterum operum exempla repetentes, atque in his cum cura versantes recordationes, nempe quis heros virilis ac fortis fuerit, aut quis ob prudentiam publico testimonio laudatus, aut qui iustitiam ac temperantiam amplexati fuerint. At talibus virtutibus tenerum adhuc animum imbuens, quando iam vespera rebus gerendis finem imponit, tributo quod ventri

ἔφηβον δ' ἄσμενον ἐπιμε-
μνήσας, ἡδίους ὕπνους καθεύ-
δειν, τοῖς μετ' ἡμέραν καμά-
τοις ἐπηρεμοῦντ' ἐπὶ χρόνον. τίς
οὐκ ἂν ἐρασὴς ἐφήβου γένοι-
το τοιούτου; τίνι δ' οὕτω τυ-
φλὰ μὴ κατῶν ὀμμάτων βο-
λαὶ, πυρὸς δὲ οἱ τῆς διανοίας
λογισμοί; πῶς δ' οὐκ ἂν ἀ-
γαπήσαι τὸν ἐν παλαίστραις
μὲν Ἑρμῆν, Ἀπόλλωνα δὲ ἐν
λύραις, ἱππασίᾳ δὲ ὡς Κάστο-
ρα, θείας δὲ ἀρετὰς διὰ θνη-
τοῦ διώκοντα σώματος; ἀλλ'
ἐμοὶ μὲν, δαίμονες οὐράνιοι,
βίος ἂν διλωτὸς οὕτως, ἀν-
παντικρὺ τοῦ φίλου καθίζε-
σθαι, καὶ πλησίον δὲν λα-
λοῦντος ἀκούειν, ἐξιόν τι δὲ
αὖθις σωιξιέναι, καὶ παντὸς
ἔργου κοινωνίαν ἔχειν. οὕ-
τω μὲν οὖν ἐρῶν τις δὲ ἀ-
πλάστου καὶ ἀκλινοῦς βίου, τὸν
συγκόμον, ἀλύπως ἂς γέ-
ρας ὀδύσαι, μυδριᾶς τύ-
χης παράσαντα βάσκανον
ἐπήρειαν ἁ δὲ νῦ, οἷος ἀνθρω-
πίνης φύσεως νόμος, νόσος ἐπι
ψαύσα-

tri ex necessitate debetur de-
penso, suauiores somnos
dormit, post diurnos istos la-
bores ad tempus conquie-
scens. Quis igitur amator
ephebi talis non fieret? Aut
cui ita habes oculorum qui-
dem fuerit acies, cæcæ verò
atque offuscatæ mentis ra-
tiones? Quomodo verò non
amaret illum palæstris qui
dem Mercurium, inter lyras
autem Apollinem, equitato-
rem verò Castorem, diuinas
autem virtutes mortali pro-
sequentem corpore? At mi-
hi quidem, ô Dij cœlestes,
vtinã vita sit hæc perpetua,
ex aduerso amici sedere, &
suaue loquentem propè au-
dire: cum exeunte autem pa-
riter exire: & in summa,
omne cum eo opus commu-
ne habere? Optârit igitur
amator quispiã per illæsam
& inconcussam vitã ama-
sium suum absq; omni mole-
stia ad senectutem peruenis-
re posse, nullius fortunæ in-

uida impressione labefactatum. Quòd si verò etiam, qua-
lis humanæ naturæ conditio est, morbus quispiam inua-

ψαύσας αὐτοῦ, κἀμοὶ συνδήσω, καὶ μέχρι μέσου θαλάττης ἀναχωρήσω συμπλώσομαι, κἂν τυραννικὴ βία λύσασα πειράσῃ, τὸν ἴσον ἐμαυτῷ πείσασα σίδηρον. ἐχθρὸς ἅπας, ὁ μισῶν ἐκεῖνον, ἐμοὶ ἔσται. καὶ φιλήσω τὸν τοῦ κείνου φονέα ἐρρωμένως ἔχοντας. εἰ δὲ λῃσάς τι πολεμίους ἐπασαμένῳ ἐπ' αὐτὸν ὁρμῶντας, ὁπλισάμενος κἀγὼ παρὰ δύναμιν μὲν ἀρήξω, ζῶν οὐκ ἀνέξομαι· τι λοιπὸν δὲ ἐνέτολάς τοῖς μετ' ἐκεῖνον ὑπ' ἐμοῦ σῳζομένοις ἐπιθύσομαι, κοινὸν ἀμφοτέροις ἐπιχώσας τάφον· ὀστέοις δὲ ἀναμίξαντας ὀστέα, μηδὲ τῷ λοιπῷ κόνιν ἀπ' ἀλλήλων διαζεύναι. ταῦτα δὲ ὁ πρῶτος χαράξειεν οἱ ἐμοὶ πρὸς τοὺς ἀξίους ἔρωτος, ἀνὴρ θείοις γέρασι ἐρρωμένην φρόνησιν ἐνομοθέτησεν, ἐν οἷς ὁ φιλίας ἔρως ἄχρι θανάτου σωζόμενος. Φωκὶς ἐν νηπίοις ἔτι χρόνοις, Ὀρέστῃ Πυλάδῃ συνῆψε. θεὸν δὲ,

serit ipsum, cum laborante pariter ægrotabo: & si per intempestiuum mare in altum tollatur, cum eo simul nauigabo. Quòd si etiam tyrannica vis vincula illi innectat, par ferrum mihi ipsi quoque circundabo. Et quicunq; illum oderit, idem mihi inimicus quoque erit. Si verò prædones aut hostes videam in ipsum grassantes, etiam vltrà quàm potero armabor: & si moriatur, viuere neque ipse iustinebo. Postrema autem mandata ijs quos proximè post illum amaui, ista dabo, vt commune ambobus sepulchrum accumulent: ossibus autē permisc endo ossa, ne mutū quidem puluerem à se mutuò segregari sinant. Atque hæc non primi ita effingunt mei erga dignos amores, sed illa Dijs proxima heroum prudentia velut quadam lege sanciuit, in quibus amicitiæ amor ille ad mortem vsque durauit, & vnà cum vita tandem expirauit. Phocis ab infantilibus adhuc annis Orestem Pyladi coniunxit: Deum autem

θ', τῶν πέρ ἀπλόους παθῶν μεσίτην λαβόντες, ὡς ἐφ' ἑνὸς σκάφους τοῦ βίου σωὶ πλωσαν. ἀμφότεροι Κλυταμνησραν ἀνήρουν, ὡς Ἀγαμέμνονος παῖδες ὑπ' ἀμφοῖν Αἴγισθος ἐφονεύετο. τὰς Ὀρέστου ἐλαυνούσας ποινὰς Πυλάδης ἐνόσει μᾶλλον, καὶ νομίζων συμπονεῖσθαι. πρὸς δὲ ἐρωτικὴν φιλίαν οὐδὲ ζῆς τῆς Ἑλλάδος ὅροις ἐμέτρησαν, ἀλλ' ἐπὶ τοὺς ἐσχάτους Σκυθῶν τέρμονας ἔπλωσαν, ὁ μὲν νοσῶν, ὁ δὲ θεραπεύων. τῆς γοῦν Ταυρικῆς γῆς ἐπιβαίνοντας αὐτοὺς ἐννὺς ἐξεδόχησε. μὴ τῶν βαρβάρων ἐν λύκλῳ περιεστώτων, ὁ μὲν ἀπὸ τῆς συνήθους μανίας πεσὼν, ἔκειτο· Πυλάδης δὲ ἀφρὸν ἀπέψα, σώματός τ' ἐπεμέλει, πέπλῳ τε πρὸς ἀλυπεῖν ἀμπύκεσι ὑφᾶς, Οὐκ ἐρασὴ μόνον, ἀλλὰ καὶ πατρὸς ἐνδεικνύμενος ἦθος.

autem cùm mutuorum affectuum velut mediatorem quendam accepissent, perinde atque in vno eodémq; vitæ nauigio simul nauigárũt. Ambo Clytæmneſtrã interemerunt, vti Agamemnonis filij: ab ambobus Aegiſthus occidebatur: & furijs quibus Orreſtes exagitabatur, Pylades magis quàm ille infeſtabatur: idemq; cum illo, cùm iudicaretur, periculum ſuſtinebat. Amatoriam autem amicitiam non Græciæ modò terminis metiebantur, ſed ad extremos Scytharum fines nauigárunt, alter quidem morbo laborans, alter autem curam adhibens. Tauricam quippe terram aſcendentes, ſtatim occiſæ matris vltrix Erinnys perinde atque hoſpitio ipſos excepit. Ac barbaris vndique circunſtantibus, alter quidem ex conſueta inſania collapſus iacebat: Pylades autem

Spumam oris abſtergebat, atque corporis
Curam gerens, tegebat illud veſtibus.

non amatoris modò, ſed & patris affectum præſe ferens.

ἤθη. λοιπὸν οὖν ἐκεῖθεν, θατέρου μένοντος ἐπὶ ᾧ φοιτᾶθαι, τὸν ἕτερον εἰς Μυκήνας ἀπιέναι, κομιοῦντα γράμματα, μένειν ὑπὲρ ἀλλήλων ἀμφότεροι θέλουσιν, ἑκάτερος ἐν θατέρῳ ζῶντι ζῆν ἑαυτὸν ἡγούμενος. ἀπωθεῖται δὲ τὰς ἐπιστολὰς Ὀρέστης, ὡς Πυλάδης λαβὼν ἀξιότερον, μόνον οὐκ ἐρασθεὶς ἀντερωμένου γενόμενος. Τὸ γὰρ φορτίον τοῦτο, ἐμοὶ βάρος μέγα. Ὁ ναυτολῶν γάρ ἁμ' ἐμοὶ τὰς συμφορὰς. καὶ μετ' ὀλίγον φησί. Τῶδε μὲν δίδου, Πέμψω γὰρ Ἄργος, ὥστε σοι καλῶς ἔχειν, Ἡμᾶς δ' ὁ κέρδιστον κλαύσεται. Καὶ γὰρ ὅτως ἔχει τὸ πᾶν. ὅταν γὰρ ἐκ παίδων ὁ σπουδαῖος ἔρως ἐγγραφῇ, ἐπὶ πλεῖστον ἡλικίαν ἀνδρωθῇ, τὸ παῖδα φιλεῖν, ἀμοιβαίους ἔρωτας ἀνταποδίδωσι. καὶ δυσχερὲς ἀποθέσθαι, ποτέρως ποτὲ ἐράσθην, ὥσπερ ἀπ' ἰσόπλευρον τῆς τὸ φιλεῖν

Quando igitur iudicio lata sententia fuerat, vt altero ad suppliciũ & cædem manente, alter Mycenas proficisceretur ad afferendas literas: ambo manere alter pro altero volunt, vterq; in altero viuente seipsum viuere existimans. Reiecit autem & epistolas à se Oreſtes, tanquam Pylade digniore qui illas acciperet, tantùm non amator pro amato redditus.

Nãq; hũc perire occisum (inquit) onus mihi graue: Ego enim ille sum, qui hoc cõcilio nobis malum.

Et paulò pòſt ait:

Huic quidem da literas, Argos enim mittam, tibi vt res bene habeat:

Occidat aũt nos, cui opus. Nam vniuersum negocium ita se habet. Quando enim à puero dignus ac serius ille amor simul enutritus, in eam ætatem quæ iam ratione vti, aliaq; ex alijs colligere poteſt, confirmatus fuerit: id quod olim amatum est, mutuos atque alternos amores vicissim reddit: adeoq; difficile est sentire vter alterius amator existat, perinde vt è speculo.

similĩ

θανὼν ἀνοίας, ἐπὶ τὸν ἐρώμενον ὁμοίᾳ ἐδώλῳ. τί δὴ οὖν ζῆν καθ' ὑμᾶς βίον ξυλίῳ αὐτὸ πυρὶ ὀνειδίζας, θεοῖς νόμοις ὀφθέν, ἐκ διδαχῆς ἐφ' ὑμᾶς καταβύθικός; ἀσμένως δὴ αὐτὸ διεξάμψοι, μυθ' ἁγνῆς διανοίας νεωκορῆμψ. ὅλβι ὦ ὡς ἀληθῶς, κατὰ τὴν τῶν σοφῶν ἀπόφασιν, ὦ παῖδές τε νέοι, καὶ μώνυχοι ἵπποι. Γηράσκει δ' ὁ γέρων κενὸς ἐναφρόταλα, κῆροι τὸν φιλέουσιν. ἄγε μὴν Σωκρατικὴ διδασκαλίαν, καὶ τὸ λαμπρὸν ἐκεῖνο τῆς ἀρετῆς διακεκριμένον, τοῖς Δελφικοῖς τεύποσιν ἐτιμήθη. χρησμὸν γὰρ ἀληθείας ὁ Πύθι ἐθέσπισεν, ἀνδρῶν ἁπάντων Σωκράτης σοφώτατος, ὃς ἅμα τοῖς ἄλλοις μαθήμασιν, ἐξ ὧν τὸν βίον ὤνησε, καὶ τὸ παιδεραστεῖν ὡς μάλιστα ὠφελῆν πεφύκατο. δεῖ δὲ τῶν νέων ἐρᾶν, ὡς Ἀλκιβιάδου Σωκράτης, ὃς

simili amantis beneuolentiæ, in amatum recidente imagine. Quid igitur ceu peregrinam voluptatem nobis exprobras, id quod vitæ nostræ proprium est, diuinis legibus definitum, & per successionem ad nos transmissum? Libenter verò ipsum recipientes cum pura mente, veluti sacram quandam rem tractamus. Nam verè beatus ille est, iuxta sapientum sententiam,

Cui pueri molles, & equi solidam vngulam habentes:

Atq; senecta viro minùs intolerabilis illi est.

Si quem adamant pueri. Socraticæ verò doctrinæ, & splendidum illud virtutis examinandæ iudicium, etiam Delphicis cortinis approbatum est. Oraculum enim veritatis Pythius ille ex adyto dedit, Virorum omnium Socrates (inquiens) sapientissimus: qui pariter cum cæteris disciplinis, quibus vitam hominum promouit, & puerorum amorem, ceu rem præcipuè vtilem adinuênit. Conuenit autem iuuenes amare, perinde vt Alcibiadem Socrates,

ὑπὸ μιᾷ χλαμύδι πατρὸς ὕπνους ἐκοιμήθη. καὶ ἔγωγε ὡς Καλλιμάχειον, ἐπὶ τέλει τῶν λόγων, ἥδιστα προθείμην ἂν ἅπασι λήρυγμα· Αἴθι γάρ, ὦ λάροισιν ἐπ' ὄμματα λίχνα φέρουσιν, Ἐρχι & ὡς ὑμῖν ὦ. σι παιδοφιλεῖν, Ὡλιν νίων ἐράοιτε, πόλιν κἀνανθρον ἔχοιτε Ταῦτ' ἀδότως, ὦ νεανίαι, σαφρόνως παισὶν ἀγαθοῖς πρόσιτε, μηδ' ὀλίγης τέρψεως ἕνεκα τὸν μακρὰν ἐκχέητε βίον, ἄχρι τῆς ἀκμῆς, πλασὰ τὰ ζοῦ φιλεῖν πάθη προβάλεσθε. τὸν δ' ὀράνιον ἔρωτα προσκωδύντες, ἐς γῆρας ἀπὸ παίδων βέβαια τηρεῖτε τὰ πάθη. τοῖς γὰρ ὅτω φιλόσιν ἥδιστ & μὴ ὁ τὸ ζῆν χρόν &, ἀθάνατος ἀπρεπὴς σωφ λήσεται παροικήσας, ἀοίδιμοι δ' μετὰ θάνατον ἅπαντας ἐκφοιτῶσι λιλιδόνες. ἃ δ' ἀλᾶ φιλοσόφων παισὶ πι σεύειν, ἀθὴρ μετὰ γλῶ ἐκδέχεται

quisub vna atq; eadem chlamyde patris somnos dormiuit. Atque equidem Callimachi illud præconium ad finem orationis libentissimè cunctis apponerem:

Namque, vtinam, cupido sectantes lumine amatos,

Hercius vt pueros iussit amare senex,

Sic & ametis eos, fortiq; habitetis in vrbe.

His cognitis, adolescentes modestè pueris bonis conuersamini: neque modicæ delectationis gratia, longa effusa beneuolentia, vsq; ad vigorem modò ætatis fictos ac simulatos amādi affectus protendite: sed cœlestem amorem adorantes, à pueris vsque ad senectutem stabiles animorum motus conseruate. Nam hoc pacto amantibus, suauissimum quidem vitæ tempus est, nulla inhoneſta conscientia cohabitante. Celebris autem & multa post mortem illorum fama ad omnes passim promanat. Quòd si verò conuenit philosophorum pueris fidem adhibere, etiam æther post terram excipit

ἥττω ζῆν τοῦτο μιμουμένους. οἱ δὲ ἄμεινον ἀποθανόντες, ἔχουσι τῆς ἀρετῆς γέρας τὸ ἄφθαρτον. τοιοῦτο τοῦ Καλλικρατίδου σφόδρα νεανικῶς σημνολογησαμένου, Χαιρεκλία μὲν, ἐκ λαυτέρου λιγέως παρώρμων, ἐπέσχον· ὥρα γὰρ ἦν ἐπὶ ναῦν καταίνας διομένων δ' ὅ, τι φρονοῖεν, ἀφροναφαι, δι' ὀλίγου τοὺς ἑκατέρου λόγους ἀναθεμησάμην, οὐκ ἐξ ὑποψίας, φημί, καὶ παρημελημένους ὑμῖν, ὦ ἑταῖροι, τὰ τῶν λόγων ἔοικεν ἀπροσχεδιάστως διακεῖσθαι· καὶ νὴ Δί', ἐρρωμένως φρουτίδος ἐναρχῆ ταῦτ' ὄντα ἴχνη σχεδὸν γὰρ ἐδέησεν ὅτου ὅ, τι τραγικῶν ἐπέων ἑτέρῳ λωίονι προΐκατε. καὶ πολλὰ μὲν ἂν τῶν πραγμάτων ἐμπειρία, πλείων δ' ἂν τῶν λόγων δύναμις· ὡς ἔγωγε ἂν ἐξαιρούμην, εἴπερ ἐπὶ σοὶ ἦν ἅπαντας γενέσθαι Θηραμένης ἐκεῖνος ὁ λέγων, ἐν ἀμφοτέροις νικηκότας ἐξ ἴσου βαδίζοιτε. πλὴν

cipit eos qui hæc sectantur. Illi autem meliori fato morientes, virtutis præmiũ hoc incorruptibile consequuntur. Atque hæc cùm Callicratidas valdè iuueniliter iactando amplificâsset, Chariclem quidem denuò dicere conantem repressi. Tempus enim erat vt ad nauem descenderemus. Rogantibus autem, vt de eo quod mihi sapere viderentur, sententiam ferrem, paulisper vtriusque verbis connumeratis & perpensis: Haudquaquam subitò, mquam, ac temerè videntur, amici, orationes istæ à vobis effutitæ, aut citra præmeditationem compositæ esse: sed cõtinuæ, longæ & per Iouem etiã solidæ cuiusdam curæ manifesta hæc vestigia sunt. Propemodum enim nihil est quod ab vtroq; dici potuerit, quod prætermissum sit. Ac multa quidem rerũ experientia, maior autẽ orationis grauitas: vt ego quidẽ optarim, si modò possibile foret, vel Theramenes ille cothurnus fieri, vt ambo victores exæquo hinc discederetis.

Verùm-

πλὴν ἐπειδήπερ ἀνέσεων οὐκ ἐοίκατε, κἀγὼ τὸν ἐν ᾧ μετασχεῖν πλῷ, περὶ τῶν αὐτῶν ἐκείνοις διοχλεῖσθαι, τὸ μάλιστα παρασκὰν ἔναυ μοι δίκαιον ἀποφαίνομαι. φημὶ γὰρ ἀνθρώποις βιωφελὲς πρᾶγμα, καὶ μακάριον, ὁπόταν εὐτυχῶντα. παιδικὰς δ' ἔρωτας, ὅσοι φιλίας ἀγνὰ δίκαια προμνῶνται, μόνης φιλοσοφίας ἔργον κρίνω. διὸ δὴ γαμητέον μὲν ἅπασι, παιδερασταῖν δ' ἀφεώμεν μόνοις φιλοσόφοις· ἥκιστα γὰρ ἐν γυναιξὶν ὁλόκληρος ἀρετὴ φύεται. καὶ σύ δ', ὦ Χαρίκλεις, μηδὲν ἀχθοῦ ἐὰν τῶς Ἀθηναίους ὁ Κόρινθος ἥξει μᾶλλον, ἢ δ' ὃς σωτόμῳ λόγῳ τῷ κείσῃ ἐπισπούσας, ἐξανίσω ὤρων γὰρ ὑπερκατηφῆ τὴν Χαρικλέα παρὰ μικρὸν ὡς θανάτῳ κατάκειμον. ὁδὶ Ἀθηναῖος, ἐπαρῶ ὧδε τρόπῳ φαιδρὸς, ἀναπηδήσας, πρόφασιν σφόδρα σοβαρὰν.

ἔικασιν

Veruntamen quoniam ipsi nihil remissuri videmini, & ego inter nauigandum de ijsdem rebus haudquaquam admittere turbam aliquam iterum constituì: id quod mihi maximè videtur iustum esse, pronunciabo. Nuptiæ quidem ad vitam hominum promouendam res in primis vtilis & beata, quoties ex sententia contingunt: puerorum autem amores quotquot amicitiæ puræ & castæ iura conciliant, solus philosophiæ opus existimo. Quare sanè coniugio quidem vacandum omnibus est: pueros autem amare, solis philosophis relinquatur. Minimè enim mulieribus perfecta ac solida virtus innascitur. Tu verò Charicles nequaquam ægrè feras, si Athenis Corinthus hic cedet. Atq; ego quidem præ verecundia breui oratione iudicio ita tum approperato surrexi. Animaduertebam enim Chariclem suprà qd tristem esse, propemodum nõ aliter ac si morte damnatus esset: Athenienſis aũt alter læto quodam modo alacer exiliens, incedebat valdè insolenter.

Putasses

ἔκασγε ἄν τις αὐτὸν ἐν Σαλαμῖνι Πέρσας διατανύσαι μαχησόμενον. καὶ ζῶντό γε τῆς κείσεως ἀπωνάμην, λαμπρότερον ἡμᾶς ἑστιάσαι τῶν αὐτῶν τἀπινίκια. καὶ γὰρ ὧν ἄλλως τὸν βίον μεγαλοφρονέστερον. ἐπεὶ καὶ τὸν Χαρικλέα παρηγορήσαμεν, ἐπὶ τῇ λαμπρότητι τῶν λόγων, σωφρονίσαντες ὑπερθαυμάσαντα, ὅτι λυσιτελέστερον μέρος διαπρεπῶς σωφρόνησεν· ἀλλ' ἐμὲ μὲν ἐν Κνίδῳ διατριβὴ, καὶ τὰ παρὰ τῇ θεῷ λαληθέντα, σπουδῆς ἱλαρᾶς ἅμα καὶ παιδιᾶς ὄντα μέσον ἰσχνόταν, τῇ δὲ καὶ δι' ἐκείνου· σὺ δέ, ὦ Θεόμνηστε, ὁ τῶν ἔνδον ἡμῶν ἐκκαλυπτάμενος καὶ μνήμων, εἰ δικαστὴς τότ' ἦσθα, ὡς ἂν ἀπεφήνω; Θεόμ. Μελιτίδην ἢ Κορυβον οἴει με, πρὸς θεῶν, ἵνα τοῖς ὑπὸ σοῦ δικαίως κεκριμένοις ἐναντίαν φέρω ψῆφον, ὃς γ' ἄκρας ἡδονῆς τῶν λεγομένων, διατεί-

Putásses ipsum circa Salaminem nauali prælio Persas superasse. Etiam illud ex iudicio hoc consecutus sum, quòd splendidiore conuiuio nos idem accepit, dum victoriæ epulum nobis præbet. Erat enim aliàs quoq; quod ad vitam attinet, magnificentior. Tacitè autem & Chariclem consulatus sum ob grauitatem verborum, assiduè admirando quòd dificiliori parti tam potente oratione patrocinatus esset. Cæterùm ea tum in Gnido commoratio, quæq; apud ipsam deam verbis vltrò citróq; iactata sunt, habentia pariter & serium hilare, & eruditionem à Musis non alienam, ad hunc ferè modum directa sunt. Tu verò Theemneste, qui antiquarũ adeò rerum harũ memoriam nobis excitásti, si tum iudex fuisses, quo pacto sententiam tulisses? THEOM. *Melitidem aut Corœbum me putas esse, per deos vt ego ijs quæ abs te iustè adeò iudicata sunt, contrariam sententiam ferrem? qui quidem præ summa eorum quæ modò dicebantur voluptate,*

διατρίβειν ἐν τῇ Κνίδῳ ὠόμην, ὀλίγον τὸ βραχὺ τοῦτο οἰκημάτιον αὐτὸν ἡγούμενον εἶναι τὸν νεὼν ἐκεῖνον. ὅμως δὲ οὖν (οὐδὲν γὰρ ἀπρεπὲς ἐν ἑορτῇ λέγεσθαι· πᾶς δὲ γέλως, κἂν σπουδῇ ᾖ, παιγνιώδης δοκεῖ) ζῆλος ἄγαν τοῦ παιδιρασοῦ κατωφρυωμένος λόγους ἐθαύμαζον μέν, ἐπὶ τῇ σεμνότητι, πλὴν ὀ θαῦμα θυμῆρες ὠόμην, ἐφ' ᾧ παιδὶ σωφρονοῦντα. Ταντάλου δίκας ὑποφέρειν, καὶ ζῆν ὄμμασι τοῦ κάλλους μονονουχὶ προσκύλουσι, ἐξὸν ἀρύσασθαι, διψῆν ὑπομένειν. ἐγὼ γὰρ ἀπόχρη τὸ θεωρᾶν ἐρώμενον, οὐδ' ἀπαυτικρὺ καθημένου καὶ καλουμένου ἀπούειν, ἀλλ' ὥσπερ ἀδονῆς ἀπολαύειν συμπεφάμενον ἔρως, πρῶτον ἔχει βαθμὸν ὄψεως, ἵνα ἴδῃ, εἶτ' ἐθάσῃται, ποθεῖ προσάγων ἐφάψασθαι.

ptate, in Gnido cõmorari mẽ putabam, propemodum paruam hanc domunculam ipsum illud templum esse existimans. Sed tamen (nihil enim, puto, in hac diei festiuitate indecorè dicetur: & omnis risus, etiam si nimius & affectatus fuerit, solennis esse, & ad festum pertinere videtur) orationem illam ab amatore puerorum cum nimio supercilio prolatam, admirabar quidem ob grauitatem, verùm non admodum ad demulcendum animum facere arbitrabar, cum puero nondum pubescente consuetudinem quotidianam habere, & interim Tantali pœnas sustinere, ac pulchritudine in oculis tantùm non exundante, cùm haurire ac bibere liceat, sitim malle pati. Neque enim satis est aspicere eum quem amas, neque ex aduerso sedentem atque loquentem audire, sed perinde atque scalis quibusdam voluptatis compactis, amor primum gradum visus habet, vt aspiciat videlicet amatũ: deinde vbi aspexerit, cupit adductum ad se propiùs etiam contingere.

Summis

ψθαι. δι' ἄκρων γοιῶ δακτύλων λαβὴν μόνον θίγη, τὰ τῆς ἀπλαύσεως ἐς ἅπαν διαβᾶ τὸ σῶμα. τυχὼν δ' ὑμαρῶς τούτου, τέταρτον πεῖραν ἐπάγει φιλήματος, οὐκ αὖθις πειράζον, ἀλλ' ἠρέμα χάλιν πεσὸν ἐγγίσας χείλεσιν, ἃ πρὶν ἥψαῦσα, τηλέως ἁπίεσε, μικρὸν ὑπονοίας ἴχνος καταλιπών. ἔπειτα πρὸς τὸ παρὸν ἁρμοζόμενος, ἀεὶ λιπαρεστέροις μὲν ἀσπάσμασιν ἐντείνων· ἴσθ' ὅτε καὶ διαστρέφων ἡ συχῇ τὸ σῶμα, τῶν δὲ χειρῶν οὐδεμίαν παύεσθαι ἀργόν. αἱ γὰρ φανερὰ τῶν ἀσθενῶν συμπεπλοκυῖαι, τὴν ἡδονὴν σωὰπλυσιν. ἡ λαθραίως ὑπερῶσι δὲ λεῖαι, κατὰ κόλπου δῦσα, μασοὺς βραχὺ τὸ φύσιν ὑπεροιδοῦντας πίεζει, καὶ σφιγγούσης χερὸς ἀμφιλαφὴς ζῆς δακτύλοις ἐπιδέδοται ὁμαλῶς. μετὰ ζοῦτο, καὶ πρωτόχνοιν ἄνθος ἥβης καὶ τί ἄῤῥητ' ἀναμιμήσασθαί μοι δεῖ;

Summis itaque digitis tamen si solùm attigerit, fruitionis istius delectatio totum mox corpus percurrit. Postquàm autem etiam hoc potitus facile est, tertium experimentum addit, nempe basiationis, non statim curiosum illud & affectatum, sed paulatim labia admouendo labijs: quæ priusquam planè contingat, rursum absistit, nullo suspicionis vestigio relicto. Deinde verò ad id quod porrigitur, applicando sese, exquisitioribus semper quidem amplexibus illique scit, interdum etiam ipsum os tacitè diducens: manuum autem nullam admittit segnitiem. Nam manifestæ ac mutuæ eorum quæ sensu percipiuntur amplexationes, voluptatem conglutinant. Aut clàm dextra molliter per sinũ subingressa, mamillas pro sua natura modicè extantes premit, & astricti solidiq; ventris plenum atque exuberans, illud digitis contrectat æqualiter. Post hæc & primam succrescentis pubis lanuginem. Ac quid attinet me occultiora ista longiũs

δὲ ἔλαβεν τοσαύτης τυχὼν ἐξουσίας ὁ ἔρως, θερμοτέρου τινὸς ἅπτεται πράγματος. εἶτ' ἀφ' μικρῶν προοιμιασάμενος, κατὰ τὸν κωμικὸν, αὐλὸν ἐπάταξεν· ἐμοὶ μὲν οὕτω παιδιρασταῖς γένοιτο. μετεωρολογίσαι δὲ, καὶ ὅσοι τῶν φιλοσοφίας ὑπερῳδοῦσιν αὐτοὺς τοὺς μετάφρενα ὑπερέρχεσθαι, σεμνῶν ὀνομάτων μεμψόμασι τοὺς ἀμαθεῖς ποιμαινόμενος· ἐρωτικὸς γὰρ ἦν, εἴ τις ἄρα, καὶ ὁ Σωκράτης. καὶ ὑπὸ μίαν Ἀλκιβιάδης αὐτῷ χλανίδα ἐλιθέις, οὐκ ἀπηλλάγη. καὶ μὴ θαυμάσῃς, δεῖ γὰρ ὁ Πάτροκλος ὑπ' Ἀχιλλέως ἠγαπᾶτο μείζονι τοῦ κατὰ ἀπαυτικρὺ καθίζεσθαι, δίγμα Αἰακίδαν, ὁπότε πύθοιτο ἀεὶ δῶρα· ἀπ' ἐκείνου καὶ ἡ ἐκείνων φιλίας μεσίτης ἡδονή. τούτων γὰρ Ἀχιλλεὺς ἦ Πατρόκλου θάνατον, ἀταμιεύτῳ πάθει πρὸς τὴν ἀλήθειαν ἀπερράγη, μικρῶν τινῶν σῶν ἀνειδῶς ὁμιλίαν Καλ-

giùs perſequi? Tantam igitur nactus poteſtatem amor, calidioris cuiuſdam rei opus attingit: atque ita à femoribus, quaſi quodam exordio facto, iuxta Comicum, ipſum percutit. Mihi quidem ita amare pueros contingat. Illi verò de ſublimibus diſputantes, & quicunque philoſophiæ ſupercilium vltra ipſa tempora adductum habent, tumidorum verborum inſolentia rudes & imperitos paſcant. Amori enim deditus fuit, vt quiſquam alius, Socrates: & ſub vno eodémque cum ipſo pallio accumbens Alcibiades, haudquaquam intactus inde ſurrexit. Ac ne mireris. non enim neque Patroclus ab Achille amabatur eouſque modò, vt ex aduerſo illi ſederet,

Aeacidem expectans, dũ cantus ſimat ille:

ſed erat & illorum amicitiæ mediatrix voluptas. Cùm igitur gemeret Achilles Patrocli mortem, parùm cuſtodito affectu in veritatem erupit:

Femorum & tuorũ ſancta conuerſatio Melior, inquiens.

Illos

Καπίωρ.] Τὸς γεμλὶὼ ὀνομαζομένους παρ' Ἕλλησι λωμασὰς, ἄλλη ἄλλως ἱρασὰς νομίζω. τάχα φήσει τις αὐτὰ ταῦτ' εἶναι λέγεσθαι, πλὴν ἀληθῶς, νὴ τὴν Κνιδίαν Ἀφροδίτην. Αν. ὅτ' ἀνίξομαί σου, φίλη Θεόμνηστε, ἄλλο ἀρχὴν καταβαλόμενός τριτῶν λόγων, ἢς ἀκέσαν ἐν ἑορτῇ μόνον ἀκόσιν. τἄλλα δὲ τῶν ἐμῶν ὤτων πόῤῥω ἀφρικιάν. ἀφιέμενοι δὲ τῦ παρέλκειν πλέω χρόνον, ἃς ἀγορὰν ἐξιόμεν· ἤδη γὲ ἀκός ὄσιν, ὑφαλλεσθαι τῷ θεῷ τὴν πυράν. ἴσ δ' ὅκ ἀτερπὲς ἡ θέα, τῶν ἐν Οἴτῃ παθῶν ἀναμιμνήσκεσθαι τὸς παρόντας.

Illos verò qui apud Græcos Comastæ *seu* Comessatores *appellantur, nihil aliud quàm certos ac manifestos amatores puto. Fortasis autem dixerit quispiam, turpia hæc dictu esse: vera certè tamè sunt, per ipsam Gnidiam Venerem.* LVCIA. *Haudquaquam ferâ, te chare Theomneste, aliud principium tertij sermonis ferentem, quod audire solenni ac festo die solùm par est. Cætera verò ab auribus meis procul hinc ablegare decet. Sed omittentes plus temporis commorando hîc accumulare, in forum hinc exeamus. Iam enim probabile est, accendi deo rogum. Est autem non iniucundum spectaculum, eorum quæ ille in Oetâ passus est, memoriam in animum reuocanti præsentibus & spectantibus.*

GILBERTI COGNATI ANNOTATIONES.

a TAVRIVORVS.] *Sunt qui Herculem bis integrum deuorasse bouem scribunt, semel apud Litidum vrbem & iterum apud Oriopas Thyodamantis bouem. Callimachus hymno εἰς ἀρτέμιν, fabulatur Herculem iam in Deos relatum, nihilominus inexplebilis edacitatis esse, & gurgitem insignem.* ὁ γὰρ inquit.

Πῶσατ' ἄδηφα γίνετ' ἐπὶ πυρὰ νυδὸς ἰκάνει
Τῇ ποτ' ἀρολεμάοιο σὺν ἵπποις θιοδαμαντος.

Tanta erat ingluuie, quanta, cùm scinderet aruum
Occurrit Dryopum ductori Thiodamanti.

Exinde manſit apud Lindios ritus & conſuetudo, vt bos arator Herculi cognomenti βοθόνα immoletur cum multa diarum imprecatione. Iſthuc legas apud Philoſtratum in Imaginum lib. 2. apud Lactantium lib. 1. cap. 21. & apud Nazianzenum στηλιτευτικῇ prima. cuius iſta ſunt verba: ὁ βοηλάτας τὸ γεωργὸν τυραννήσας, καὶ τὸν ἀρότιον βοῦν λαφύξας καὶ τὴν κλῆσιν λαβὼν ἐκ τῆς πράξεως: hoc eſt, *Bouimanducon ille, qui oppreſſo vi agricola, bouem aratorem abligurijt, & re ipſa nomen adeptus. & paulò pòſt: Λινδίοις δύσεδες τὸ κρεωφαγεῖν τῷ βοηθόνα:* id eſt, *Pium opus habebatur apud Lindios, diras imprecari Bouimanducon: Herculi, illiq́ue conuicia facere, cultus loco erat. Huc ſpectat illud ab eodem ad Nemeſium obſcurius dictum: καὶ Λίνδῳ ἐφυβρίζεις ἱεροῖς. Lindus quæ ſacris conuiciatur.* b Myrtus.] *Myrtus Veneri ſacra, olea Mineruæ, quercus Ioui, populus alba Herculi.* c Hædera.] *ſacra Bacchо, Phœbo laurus.* d Parum ſubridens.] *Veneris Gnidiæ templum & lucum, & ſtatuam, Lucianus hic egregiè eſt executus. Sed ſi quis plura requirat, ex noſtri Plinij libro 36. petenda ſunt, ne ego longior ſim.* e Mars.] *De adulterio Veneris, quæ cum Vulcano nupta fuit, cum Marte, vide lepidiſſimam fabulam apud Homerum lib. 11. Odyſſ. & dialogum Apollinis & Mercurij inter deorum dialogos, ſimiliter iucundum. Ouid. quoque lib. 4. Metamor.* f Nullo talo.] *Quoties tali quatuor ita excidebant, vt diuerſa eſſet omnibus facies, Venerius iactus appellabatur, idemq́ue feliciſſimus erat. Martialis:*

Cùm ſteterit nullus vultu tibi talus eodem,
Munera me dices magna dediſſe tibi.

g Quis igitur amorem.] *Vide Plutarchum in vita Alcibiadis, & Thucydidem, & Eraſmum in Alcibiadis Silenos.*
h Teleſilla.] *De hac vide Pauſaniam in Argolicis. i.* Aſpaſiæ.] *Idem Lucianus in dialogo, cui nomen Gallus, teſtatur Pythagoram Aſpaſiam Periclis Athenienſis ſcortum aliquando fuiſſe.*

fuisse. Vbi Micyllus miratur nouum illud & insolens transformationis genus, quòd ex scorto prodierit philosophus. k Fagus illa Dodonea.] Vide prouerbium Dodoneũ: & Cœlium Rhodig. lib. 29. cap. 15. lib. 13. ca. 3. Sophoclẽ in Trachiniis de geminis columnis l Paruus infans, qualem.] Moschus in amore fugitiuo dicit illi malam mentẽ ineſſe & tectam: id eſt, multis dolis inuolutam, ac velut cataphractã. Non idem ſentire: quod ſonat labra ſua venena, & dona fellacia eſſe. m Colias.] Genetyllis Veneris cognomina ſunt apud Ariſtophantem: de quibus hæc ferè à Pauſania in Atticis: Colias inquit, promontorium Atticæ, 20. ſtadijs ab vrbe dictans, quo Medorum diſiectam claſſem maris æſtus detulit, vbi Coliados Veneris templũ, & dearum, quæ Genetyllides vocabantur, ſunt. Arpocration quoque deam à promontorio denominatam ſcribit, quòd ſit ex metaphora κώλης, id eſt, membri nuncupatum. Ariſtophanis verò interpres Venerem Coliada nominauit, ab adoleſcente quodam Attico. Colus autem, ſaltationis ſpecies paſtoralis, & item Phrygia, quibus etiam inter conuiuia vtebantur. Apparet ergo mulierum mores & inſolentiam in publicis conuentibus, ſpectaculis & ſaltationibus notari. n Furijs Oreſtes.] Delphus obſeſſus furijs, Apollinis conſilio venit Athenas in Mineruæ delubrum, cuius conſilio vincens, reuerſus eſt Argos. Has verò furias placans vocauit Eumenidas apud Aeſchylum. o Alcibiadem Socrates.] Huius tamen eximiam formam, vt Laërtius prodit, aſpernatus eſt: & cum Carmides domeſticos illi pueros dediſſet vt ab eis domum deduceretur, ſuſcipere noluit. Quin perinde ad formoſos ſe habere dicebat, vt eſt in albo lapide linea alba. p Puerorum autem amores.] Amare puerorum indolem, qui probo ingenio videbantur, permiſſum Lacedæmonijs erat: cæterùm abuti illis turpiſſimum habebatur, quaſi corpus adamaretur potiùs quàm animus. Quòd ſi quis accuſatus eſſet, quòd parùm honeſtam cum illis habuiſſet conſuetudinem, is per omnem vitam infamis erat, & à publicis honoribus ſubmouebatur. Hoc non ſolùm in pueris, quorum ætati conſulens lex permiſit grandioribus amare, ſed citrà turpitudinem, locum habet, verùm etiam in coniugibus: non enim rectè amat vxorem, qui corpus amat potiùs quàm

animum. 9 Comaſtæ.] *Vox eſt Eidyllíorum ſcriptoribus vſitatiſſima, pro his qui cantu puellis blandiuntur, & earum amorem captant. Introducitur à Theocrito Eidyllio 3. amator quidam Amaryllidis puellæ amore incenſus, quem Comaſten vocat.*

ΖΒΥΣ ΒΛΕΓΧΟ-μ&Θ. — *IVPITER CONfutatus.*

Vincentio Obſopœo interprete.

ΚΥΝΙΣΚΟΥ ΚΑΙ Ζλωός. — *CYNISCVS ET Iupiter.*

ARGVMENTVM.

SVmma dialogi huius eſt. Quando fato ac neceſsitate quadam omnia in hoc mundo geruntur, eiq; etiam Dij obnoxij ſunt ſuperuacaneam eſſe omnem religionem, ac cultum diuinum: ideoq; neq; dijs ſacrificandũ eſſe, neq; ab illis quicquam ſperandum: imò ipſos illos non meliores aut etiam feliciores hominibus eſſe, ſed ſolùm fati ac neceſsitudinis iſtius ſempiternæ miniſtros, qui per ſe neque prodeſſe nobis, neque nocere poſsint. Nam ſi vlla illorum prouidẽtia, aut rerum humanarum adminiſtratio foret, neque malos ac ſceleratos inultos manere, & pios bonosq; beneficijs ac munere illorum prouehi debere. Nam quę de ſupplicijs inferorum ac pœnis nocentum feruntur, ea ſi quæ ſint, eiuſmodi certè eſſe, vt immeritò & iniuſtè illis eueniant qui ea patiuntur, cùm nemo ſua voluntate, ſed ex prædeſtinato fatoq; impellente peccet. Fingitur autem Cyniſcus, vti intrepidus atq; impudentior paulò quiſpiam cum Ioue diſputare. Eſtq; hic dialogus ex illis vnus, ob quos Lucianus propriè blaſphémus atque ἄθεος vocatus eſt. Quid enim in rebus mortalium ſanctum aut inuiolatũ vſquam erit, ſi religione ac metu Deorũ è medio ſublato, hominibus perſuaſeris, ſiue benè ſiue malè agant, id neceſsitate quadam fatorum fieri, eoq; ipſos a crimine ſolutos atq; innoxios eſſe?

CYNI-

ΕΓὼ δέ, ὦ Ζεῦ, τὰ μὲν τοιαῦτα οὐκ ἐνοχλήσω, πλοῦτον ἢ χρυσὸν, ἢ βασιλείαν αὐτῶν, ἅπερ ὑπερτατότατα τοῖς πολλοῖς, σοὶ δὲ οὐ πάνυ ῥᾴδια παρασχεῖν. ὁρῶ γοῦν σε τὰ πολλὰ παρακούοντα, ὑπερμένων αὐτῶν. εἰ δὲ καὶ τοῦτο ῥᾷστον ἐβουλόμην παρὰ σοῦ μοι γενέσθαι. Ζεύς. τί τοῦτό ἐστιν, ὦ Κυνίσκε. οὐ γὰρ ἀτυχήσας, καὶ μάλιστα μετείων, ὡς ἔφης, ἀπέρχῃ. Κυ. ἀπόκεινα δή μοι πρός τινα οὐ χαλεπὴν ἐρώτησιν. Ζεύς. μικρὰ γε ὡς ἀληθῶς ἢ οὐχὶ, καὶ πρόχαρον, ὥστε ἐρώτα, ὁπόσα ἂν ἐθέλῃς. Κυ. ἰδοὺ τοῦτο, ὦ Ζεῦ· ἀνίγνως γὰρ δήπουθεν καὶ σὺ τὰ Ὁμήρου καὶ Ἡσιόδου ποιήματα. ἀπόκριναί μοι, εἰ ἀληθῆ

IGo verò te, Iupiter, taliũ rerum gratia nunquam molestius conturbabo, extructas diuitias, aut multum auri pondus, aut imperij dignitatem à te postulans: quæ quidem vulgò non parùm multis maximè in votis sunt, tibi verò largitu haudquaquam facilia. Itaque permulta eiusmodi illis soliciè expetentibus, surdis auribus video te negligere. Cæterùm vnum illud facillimum à te mihi velim contingere. IVPIT. Quid hoc verò rei est, Cynisce? neque enim indigentia diutiùs discruciaberis: maximè si rerum mediocrium, vt ais, inopia conflictaris. CYNIS. Responde mihi ad quæstionem quandam non difficilem. IVPIT. Exiguum profectò votum, & præstatu facile. Proinde quære quæcunque fert animus. CYNIS. Vide Iupiter: etenim verisimile est & tibi videlicet Homeri atque Hesiodi lecta esse poëmata. Dic ergo mihi, num

θῆ ὄντι, ἅπερὶ τῆς ἁμαρμένης, καὶ τῶν μοιρῶν ἐκεῖνοι ἐρραψῳδήκασιν, ἄφυκτα εἶναι, ὑπὸ ἃν αὗται ἐπινήσωσι γιγνομένῳ ἑκάστῳ. Ζεύς. καὶ πάνυ ἀληθῆ ταῦτα. οὐδὲν γὰρ ὄντι ὅ, τι μὴ αἱ μοῖραι διατάττουσιν, ἀπὸ πάντα, ὁπόσα γίγνεται, ἐπὶ τούτων ἀπαύκτῳ συριγόμεναι, αὐθὺς ἐξ ἀρχῆς ἕκαστον ἐπινικλωσμένου ἔχει τοῦ ἀπόβασιν, καὶ οὐ θέμις ἄπως γενέσθαι. Κυ. ἀκούω, ὁπόταν ὁ αὐτὸς Ὅμηρος ἐν ἑτέρῳ μέρει ποιήσεως λέγῃ, Μὴ καὶ ὑπὲρ μοῖραν δόμον Ἄϊδος εἰσὶ φίκηαι, καὶ τὰ τοιαῦτα, μὴ ῥᾳδίαν ἡμᾶς φάσθαι τότε αὐτόν; Ζεύς. καὶ μάλα· οὐδὲν γὰρ οὕτω γένοιτ' ἄν, ἐξω τὲ νόμε τῶν μοιρῶν, οὐδὲ ὑπὲρ τὸ λῖνον. οἱ ποιηταί δι, ὁπόταν μὲν ἐν τῇ Μοσῶν διατριβόμενοι ᾄδωσιν, ἀληθῆ ταῦτά ὄντι. ὁπόταν δὲ ἀφῶσιν αὐτὸς σφᾶς, καὶ ἐαυτοὺς ποιῶσι, τότε

vera credenda sunt ista quæ de Fato & Parcis illi consancinatis cecinerunt versiculis: & an nullo modo ea vitari queant, quæcunq; illæ cuique nascentium fatali decreto adneuerint. IVP. *Et valde quidem vera sunt ista. Etenim in rebus humanis nihil est quod Parcarum dispensatione & consilio nõ ordinetur: verùm omnia quæcunque fiunt, dum sub illarum colo circumferuntur, statim ab initio vnumquodq; illorum certum & infallibilem sortitur euentum, nec fas est aliter fieri.* CYN. *Proinde quoties Homerus alia in parte suæ poëseos dixerit:*

Iafera ne Parcis inuitis regna subintret,

ac id genus alia, nugari videlicet tunc illum dicemus? IVP. *Et maximè: nihil enim extra Parcarum legem fieri credendum est, atque adeò* [a] *præter linum. Cæterùm Poëtæ quæcunque ex Musis suggesta cecinerint, illa vera habenda sunt. Porrò quoties à Deabus deseruntur, ac per se aliquid literis ac memoriæ*

τότε δὲ καὶ σφάλλονται, καὶ ἐναντία τοῖς πρότερον διεξέρχονται. καὶ συγγνώμη. ἐ ἄνθρωποι ὄντες, ἀγνοοῦσι τὴν ἀλήθειαν, ἀπειθοῦντος ἐκείνου, ὅ τι καὶ παρὸν ἐρρᾳθυμεῖ δι' αὐτῶν. Κυ. ἀλλὰ τοῦτο μὲν ἔτω φίλον μοι. ἔτι δέ μοι ἐκεῖνό μοι ἀπόκρινον, ὑπὲρ τῶν Μοιρῶν ἐστι, Κλωθὼ, Λαχέσις, οἶμαι, καὶ Ἄτροπος; Ζεύς. πάνυ μὲν οὖν. Κυ. ἡ εἱμαρμένη τοίνυν καὶ ἡ τύχη (πολυθρύλλητοι γὰρ καὶ αὗται) τίνων ἐστίν; ἢ τί ἑκάτερα, πότερον τὰ ἴδια τῶν μοιρῶν, ἢ τί μεῖζον ἐκείνων; ἀκέω γὰρ ἁπάντων λεγόντων, μηδὲν εἶναι τύχης καὶ εἱμαρμένης δυνατώτερον. Ζεύς. οὐ θέμις, ἅπαντά σε εἰδέναι, ὦ Κυνίσκε· τίνος δ' οὖν ἕνεκα ἠρώτησας ποτὲ περὶ τῶν μοιρῶν; Κυ. ἵν' πρότερόν μοι, ὦ Ζεῦ, Λακέδαιμόνιος ἔπῃς, ἐ καὶ ὑμῶν

moriæ prodiũ protulerint, tunc à vero tota via aberrant, neque non cum prioribus pugnantia atque contraria commemorant. Et ignoscendum quidem facinus, si, cùm homines, sint veritatem ignorent, præsertim illi digresso numine, quod præsens per illos canere solebat. CYNIS. Atqui hoc sanè ita se habere dicemus. Ad hæc verò & illud mihi responde: Nónne tres sunt Parcæ, nempe Clotho, Lachesis, & Atropos? IVPIT. Rectè putas. CYN. Fatum ergo & fortuna, cùm & ipsæ Deæ sint, multùm vulgò celebratæ, cuiusmodi sunt, aut quænam vnicuique illarum est potentia? Annon æqualem cum Parcis sortem obtinent, aut maiore quàm illæ in rebus humanis gubernandis potẽtia prædítæ sunt? Pasim enim omnes affirmantes audio, Fortuna & Fato nihil vspiam esse potentius. IVPIT. Haud fas est omnia tibi comperta esse, ô Cynisce. Cuius ergo gratia hæc de Parcis me interrogâsti? CYN. Si priùs mihi, Iupiter, & illud expositus

φυρώθη αὖθις ἐπὶ τοὺς Σκύθας. τὰ δὲ Ξέρξου καὶ πρὸ τούτων ἴσως ἐνθύμιον, μέγιστα τῶν μεγαλοπρεπῶν ὄντα καὶ πρὸς τούτοις, τὸ δὲ ὀλίγου ἀπόκλοις ἐπιμίξαι πάντας ἅπασι τοῖς Ἕλλασι, λαμπρὸν ἐπάθημα τοῖς ἔξωθεν· ἃ γὰρ τύραννοι φύσας μεθύουσι μὲν, ψαύουσι δὲ πῃ καὶ ἀκούσαι τοῦ φθέγματος. πεπιθὼν δὲ τὴς σκηνῆς, ὕμνον μὲν Ἀμφιτρίτης τε καὶ Ποσειδῶνος ᾖσε, καὶ ᾆσμα οὐ μέγα, Μελικέρτῃ καὶ Λευκοθέᾳ. ὀρύξαντος δ' αὐτῷ χρυσοῦν δίκελλαν, καὶ τοῖς Ἕλλασι προπαύσαντο, ἐπὶ τοῖς ὀρυχοῖς ἥξει, ἱροτοῦμενός τι καὶ ἀδόμενος, καὶ λαθικόμου τῆς γῆς, τρὶς οἶμαι. τοῖς τι τοῖς ἀργοῖς πιπεσούμενος παρακελευσάμενος ξυμπόνως ἅπασθαι τοῦ ἔργου, ἀνῆκε ἐς τοὺς Κορινθίους, τὰ Ἡρακλέους λοιπὸν ὑπερβαλλόμενος πάντα. οἱ μὲν δὴ

ponte iunctus fuerit cùm is contra Scythas proficisceretur. Nam Xerxis factum etiam ante ista fortasis animo cogitârat, quod magnificentissimum operum magnificorum omnium fuit. Supra omnia autem hæc etiã illud putabat, Græciam per hoc quòd breui adeò omnes inter se miscerí possent, contra exteros splendidè adeò stabilitum iri. Nam tyrannorum ingenia ebria quidem sunt, tanguntur autem alicubi vbi vocem hanc audiunt. Porrò progressus in scenam, hymnum quidem Amphitrites & Neptuni cecinit, & canticum quoddam non magnum Melicertæ & Leucotheæ. Cùm autẽ aureum ipsi ligonẽ porrexissent, Græciamq; tanquam in tutelam commendássent, ad fodiendum profectus est, plausu cantuq; prosequentibus illũ tum omnibus. Atq; vbi terram ter, opinor, tetigisset, deinde & quibus præfectus eræ atq; imperia credita erãt, opus vnà capessere iussisset, Corinthum redijt, Herculis adeò res gestas omnes sibi visus superasse.

διὰ τῶν δεσμωτηρίων, τὰ πετρώδη τε καὶ λύσιργα ἐξιπόνουν, ἢ σπατιὰ δὲ τὰ γεώδη τε καὶ ἐπίπεδα. ἑβδόμῳ δὲ που καὶ πέμπτῳ ἡμέραν πως ἐσκαπτομένων ἡμῶν ὡς ἰσθμῷ, λατίβη τις ἐκ Κορίνθου λόγος ὅπως σαφὴς, ὡς διὰ τῶν Νέρωνος μετεγνωκότος τὸν τομὸν. ἔφασαν δὲ τὴν Αἴγυπτίους γεωμετρήσαντας τῆς ἑκατέρας θαλάττης τὰς φύσεις, ὡς ἰσοπέδοις αὐτὰς σωτυχεῖν, ἀλλ' ὑψηλοτέραν ἡγεμονεύειν τὴν ἐκ τοῦ Λιχαίου πρὸς τὴν Αἴγιναν διδοικυῖαν· πιλάγους γὰρ ὄντος οὕτω ἐπιχυθήσεσθαι, ἢν ὑπερύχιον ἀφυλάκτως θέωσι τὴν Αἴγιναν. Νέρωνα δὲ τῆς μὴ τοῦ ἰσθμοῦ τομῆς δεῖν ἂν θαλῆς μετίσησιν, ὁ σοφώτατός τε καὶ φυσικώτατος· τοῦ γὰρ τομέως αὐτὸν ἕνεκα μᾶλλον, ἢ τοῦ δημοσίᾳ ἄδειν. ἀπὸ τῶν Εσπερίων ἐθνῶν λίψησις, καὶ ὀξύτατος, ὡς

perasse. Illi igitur qui in vinculis fuerant, petricosis atq; difficilibus conficiendis exercebantur: exercitus autem ea quæ terrea ac plana erant, fodiebat. At vbi iam septimum & quintum diem quasi alligati Isthmo fuissemus, rumor quidam è Corintho venit, non ita tamen manifestus aut planus, quòd Neronem pœnituisset Isthmi incisi. Dicebant autem Aegyptios geometras altitudinem metientes, haudquaquã eandem atque æqualem vtriusq; maris superficiem deprehendisse: sed cùm eam partem quæ Lechaum aspicit, altiorem iudicarent, de Aegina in timorem venisse. Nam si tantum pelagus contra insulam effunderetur, periculum esse ne illa aquis obruta in profundum demergeretur. At Neronem à fodiendo Isthmo ne Thales quidem absterriturus fuerat, quanquam sapientissimus, & naturalium rerum peritissimus. Nam incidendi illius maiore studio tenebatur, quàm publicè sanandi. Sed motus occidentalium gentium, & asperrimus

qui

ὡς τ' ἐκείνης νῦν ἀπλόμβρ, ὄνομαζ αὐτῶν βίνδαξ ἀπήγαγεν Ελλάδ τε καὶ ἰσθμὸν Νέρωνα, ψυχρῶς γνωμιτρίσαντα· τὰς γὰρ θαλάσσας ἰσοχαύς τε καὶ ἰσοπέδους οἶδα. φασὶ δ' αὐτῷ καὶ τὰ ὑπὸ τ' Ρώμης ὀλιγοδάναρ κλίνη, καὶ ὑποδιδόναι, τοτὲ καὶ αὖθις ἀνόσατι τὸ πεπλάσανλ χιλιάρχε. Μι. Ἀ φωνὴ δέ, Μουσώνιε, δι' ὧν μεσομανεῖ, καὶ τῶν Ολυμπιάδων τε καὶ Πυθιάδων ἱρᾶ, πῶς ἔχει τῷ τυράννῳ; τ' γὰρ λήμνῳ πεσπλόνλων οἱ μὲν ἐθαύμαζον, οἱ δ' ἐλατιζέλων. Μο. ἀλλ' ἐκεῖνός γε, ὦ Μφίκρατες, ὅτι θαυμασίως ἔχει τῷ φθόγματ, ὅτ' οὖν γε λοίσε. ἡ γὰρ φύσις αὐτὸν ἀμέμπλως τε καὶ μέσως ἥρμοκε. φθέγγεται δὲ λοιλομ, μὰ φύσα, καὶ βαρύ, ἐκκαμψύς αὖ τῆς φάρυγγος, μέλη δ' ὅτω λαλισκευασμένα βομβᾶ πως· οἱ δέ γε τόνοι τῶν φθόγγων ἐπιτεἀνουσι τοῦζον, ἐπὰ μὲν θαρρεᾶ

qui illas nunc excitat & incendit (Vindex autem nomen ipsi est) reuocauit ex Græcia & ab Isthmo Neronem, frigidè adeò maria dimensum. Nam æquè aliè à terra vtrunque assurgere, eandemq; superficiem habere scio. Aiunt autem ipsi & Romanas res paulatim iam labi & declinare. id quod & ipsi ex Tribuno heri, qui impegerat, audistis. MEN. At vox, Musoni, propter quã in Musas ita deperit, & Olympiadas pariter & Pythiadas amat, qualiuam tyranno est? Nam eorum qui ad Lemnũ nauibus veniebant alij quidem admirabantur ipsum, alij autem etiam deridebant. MVS. At ille, quod ad vocem attinet, neque admiratione dignus, neq; risu est. Nam ipsum natura inculpabilem, atq; adeò mediocrẽ formauit. Sonat aũt concauũ quiddam, non natura tamẽ, & graue, impendente atq; vrgente hoc gutture: ac carmina quidem hoc pacto accurata quodammodo etiã personat. Voculationes autem sonorũ leuigant hunc, post-

θαῤῥεῖ αὐτῷ, χρωμάτων δὲ φιλανθρωπίᾳ, καὶ μελοποιΐᾳ ὑπαγώγῳ μὲν δὴ, καὶ εὐθαρσοῦσι ἁπαλῇ, καὶ οὐ λαρὸς βαδίσαι, καὶ στῆσαι καὶ μεταστῆσαι, καὶ τὸ νεῦμα ἐξομοιῶσαι τοῖς μίμοις, ἀσχολίαν ἔχοντι καὶ μόνον τὸ βασιλέα λοκᾶν, ἀκεβῆν ταῦτα. ἃ δὲ μιμοῖτο τοὺς ὑπάτους, ψεῦ γέλωτος, ὡς πολὺς ἢ θωμένων ἐκπίπτει, καί τοι μυείων φόβων ἐπηρτημένων, εἴ τις ἐπ' αὐτῷ γε λῶρ ἔοι νοῆσαι μὴ γὰρ τὸ μετρίως πλέον, ξυνάγων τὸ πνεῦμα, ἐπ' ἄκρων ἀλίσκεται τῶν ποδῶν ἀνακλώμενος, ὥσπερ οἱ ἐπὶ τοῦ τροχοῦ. φύσει δ' ἐρυθρὸς ὤν, ἐρυθρὸν μᾶλλον, ἐμπιπραμένου αὐτῷ τοῦ προσώπου. τὸ δὲ πνεῦμα, ὀλίγον, καὶ ἔστ' ἀφορᾶν ὅτου δεῖ. Μένοι δ' ἐν ἀγῶνι πρὸς αὐτὸν πῶς ὕφρητον, ὦ Μουσώνιε; τέχνῃ γάρ που χαρίζονται. Μου. τέχνῃ μὲν, ὥσπερ οἱ ἀποπαλαίοντες, ἀλλ' ἐνθυμήθητι ὦ Μενέ-

postquam sibi ipsi non confidit: Chromatum verò humanitate & modulatione facili quidem illa, & ad citharæ cantum accommodata, & vbi tempus est, ire & stare, & de loco transire, deinde & nutum cum membris exæquare, hæc accurate facere eius est qui pudore solo eo afficitur, quòd rex videtur. At rursum si imitetur superiores, hui quàm multis spectatoribus risus excidit quanquam infinito adeò metu impedente, si quis ipsius causa rideat. Nutat enim plus æquo, & cùm spiritum attrahit, stat summis pedibus distentus & refractus, perinde vt ij qui rotam circumagunt. Iam verò natura rubicundus existens, multò magis etiam rubescit cùm ipsi facies incenditur. Spiritus autem modicus, & ægrè alicubi sufficiens. MEN. Qui verò certamine cum ipso conferuntur, Musoni, quo pacto se gerunt? Nam arti gratificantur scilicet. MVSO. Arti quidem Musoni, quemadmodum & qui luctando subseruiunt: sed cogita-

Mene-

ὦ Μενίκρατες, τὸν δ' τραγῳδίας ὑποκριτὴν, ὡς ἰσθμοῖ ἀπόθανεν. ἴσοι γὰρ κίνδυνοι καὶ περὶ τὰς τέχνας, ἂν ἐπιτείνωσιν οἱ τεχνάζοντες. ΜΕ. καὶ τί τοῦτο Μυσώνι; σφόδρα γὰρ ἀγνώμονος τὸ λόγου. ΜΥ. ἄκρι δὴ λόγου ἀτόπου μὲν, ἐὰν ὀφθαλμοῖς δὲ ἐπιδῶν πράγματος. ἰσθμοῖ γὰρ νόμου κωμῳδὸν, μὴ τι κωμῳδίαν ἀγωνίζεσθαι μήτε τραγῳδίαν, ἐδόκει Νέρωνι τραγῳδοὺς νικᾶν. καὶ παρῆν. θορ ἐς τὸν ἀγωνίαν ταύτην πλείους μὲν, ὁ δ' Ηπειρώτης, ἄριστα φωνῆς ἔχων, ἀνθρώποις δ' ἐπ' αὐτῷ, καὶ θαυμαζόμενος, λαμπρότερα τῶν ἐωθότος ἐπλάττετο, καὶ τοῦ σαφάνου ἐρᾶν, καὶ μάλ' ἀνέσεσθαι πρότερον, ἢ λίκα τάλαντα δοῦναι οἱ Νέρωνα ὑπὲρ τῆς νίκης. ὁ δ' ἀγεάνιέ τε, καὶ μανικῶς ἔχε· καὶ γὰρ δὴ καὶ ἀκροᾶσθαι ὑπὸ τῇ σκηνῇ, ἐπ' αὐτῷ δὴ τάγῶνι. βοώντων δὲ τῶν Ελλήνων ἐπὶ τῷ Ηπειρώτῃ, *Menecrates, tragicum hiſtrionem illum, quo pacto in Iſthmijs perierit. Paria enim pericula & circa artes ſunt, ſi qui in ijs oſtentandis impendiò elaborant.* MEN. *Quid hoc autem Muſoni? admodum enim ignarus eius ſum quod dicis.* MVSO. *Audi igitur rem abſurdam quidem & inſolentem, attamen in conſpectu Græcorum actam. Nam cùm in Iſthmijs lex eſſet, vt neq; comœdia certaret quiſpiam, neq; tragœdia: Neroni placuit tragœdos ſuperare. Ac prodierunt ad hoc certamen plures quidem: Epirota autem ille, vt qui voce optimè valeret, & ob eam artem etiam celebraretur, & in admiratione eſſet, clariùs ſolito fingebat & coronam amare ſe, & nihil de ſtudio remittere velle priuſquam à Nerone decem talenta pro victoria acciperet. At ille exaſperabatur, ſimul & inſani more ferebatur: nam & auditus iam ſub ſcena fuerat, in ipſo videlicet certamine. Acclamantibus autem Græcis, Epirotæ*

φθέγξη, πέμπει γραμματέα, ἵνα λιλούων ὑφῶναι αὐτῷ τοῦτον αὐτῷ ὑπαίρουσι τὸ φθέγμα, καὶ δημοτικῶς εἰσιὼν, ἅσπερ πέμπει Νέρων ἐπ' ὀκειδάντων τοὺς ἑαυτοῦ ὑποκριτὰς, οἷον παροίκουτάς τι τῷ πράγματι. καὶ γὰρ δὴ καὶ λίλτους ἐλιφαντίνους ἐν δισθύροις περιβλημένοι αὐτὰς, ὥσπερ ἐγχειρίδια, ἐν τῷ Ηπειρώτιδι ἀνασύσαντες πρὸς τὸν ἀγχοῦ κίονα, κατέαξαν αὐτοῦ τῷ φάρυγγα, παίοντες ὀρθοῖς τοῖς λίλτοις. Μεν. τραγῳδίαν δ' ἐνίκα Μουσώνιος, μιαρὸν ὄντα θεάσασθαι ἐν ὀφθαλμοῖς τῶν Ἑλλήνων ἱερασάμενον; Μυσ. ναὶ δῆτα· τοῦτο γὰρ ἐνίκα τῷ μητροκτονήσαντι. Μεν. εἶτ' οὐ τραγῳδίας ὑποκριτὴν ἀπέκτεινεν, ἵνα μὴ αὐτῷ τὸ φθέγμα, τί καὶ θαυμάζεις; καὶ γὰρ δὴ καὶ τὸ Πυθικὸν στόμιον, πάρ' οὐ ἀνόμφα ἐνέπνεον, ἀφῃρέθη ὥρμησεν, ὡς μηδὲ τοῦ Ἀπόλλωνος φωνὴ ἄν ἐκ τοῦ Πυθίου καταλειφθῆναι αὐτὸν ἐς τοὺς Ορέστας

Epirotæ mittit scribam, qui iuberet hunc submittere sibi sese. Sed pergente eo, & supra modum attollente vocem, populariterq; ac liberè cum ipso contendente, immittit Nero in pulpita suos histriones, tanquam qui ad hoc negotium pertinerent. Nam & libellos elephantinos & duplices habebant, quibus præ se intentis, veluti pugionibus vtebantur. Atq; hi Epirotam ad proximam columnam erigentes, guttur ipsius fregerunt, cædentes obuersis in rectum libellis. MEN. *Tragœdia autem vicit, Musoni, sceleratum adeò facinus in oculis Græcorum ausus?* MVS. *Quid putas? ludus hic adolescentii fuit, qui matrem occidit quoque.* MEN. *Si verò inter tragœdias histrionem occidit. exacta illius voce, quid adeò attinet demirari, quando & Pythicum os, vnde voces inspirare solebant, obturare conatus fuerit, vt videlicet neque Apollini vox aliqua esset? quanquam ipso Pythio recensente eum inter*

Ορέστας τε καὶ Ἀλκμαίωνας, οἷς τὸ μητροκτονῆσαι, καὶ λόγον τινὰ εὐκλείας ἔδωκεν, ἐπαιδὴ πάντασιν ἐτιμώρησαν. Μεσ. ὁ δὲ μηδαμῶς ἐπῆν ἔχων ὅτῳ ἐτιμώρησεν, ὑδρῑῶ ἂν οὖν θεῷ ὄντι, πραότερα τῶν ἀληθῶν ἀκούων. ἀλλὰ μεταξὺ λόγων, τίς ἡ πεισθεὶς ναῦς; ὡς ἐπάγαν τὶ ἀγαθὸν ἔοικεν· ἐστεφάνωνται γὰρ τὰς κεφαλάς, ὥσπερ χορὸς σύφημ', καί τις πρῶρας πρόσω τὴν χεῖρα, παρακελευόμενός τε ἡμῖν θαρρεῖν τε καὶ χαίρειν, βοᾷ τε, ἐμὲ παρακαλῶ, Νήρωνα οἴχεσθαι. Μεν. βοᾷ γὰρ. Μεσόνικε, νῦν σαφέστερόν γε, ὅσῳ τῆς γῆς ἄπωτέρω. Μεσ. νῦν γε, ὦ θεοί. Μεν. ἀλλὰ μὴ ἐπευχώμεθα· ἐπὶ γὰρ τοῖς ἡμετέροις, ἔφασι δεῖν.

Oreſtas & Alcmæones, quibus id quòd matres occidêre, etiam laudis aliquam famam præbuit, poſtquam id in vltionem patrum fecerãt. MVS. Hîc autem cũ nullo modo dicere poſſet, quémnam vltus eſſet, contumelia à Deo affectum ſeſe putabat, cùm tamẽ mitiora quàm veritas exigebat, audiſſet. Sed interea dum ſermones cedimus, qúænam nauis iſta eſt quæ huc propinquat? Vt autem boni aliquid afferre videtur? Nam coronati capitibus omnes ſunt, perinde vt chorus quiſpiam, qui fauſtum aliquid nunciaturus ingreditur. Et quidam ex prora manum protendit quoque, iubens & confidere nos, & gaudere: clamatq́, niſi non ſatis rectè percipio, Neronem periſſe. MEN. Clamat enim Muſoni, & manifeſtius vtique, quo propiùs terram contigit. MVS. Euge, ô dij.

MEN. Sed ne gloriemur. [b] Nam mortuis, vt aiunt, non de-cet conuitiari.

GILBERTI COGNATI ANNOTATIONES.

a NERONEM igitur.] *Neronem in primis musicæ studiosum fuisse testis Tranquillus, adeò vt præ se Apollinem contemneret, quem vt citharœdum pingebant pictores. Talis in theatro sæpè visus est Nero: qui etiam statuas suas citharœdico cultu posuit. Cuius natiuitatem poëticè describit Seneca in ludo de Claudij Cæsaris morte.* *b* Nam mortuis non decet.] *Sunt enim iam interfecti nullis omninò conuiciis aspergendi, nec insectandi: ne cum lauis iuxta prouerbium, pugnare videamur. Vnde Chilon ille Lacedæmonius vetabat de mortuis etiam malè loqui, quòd nihil ingenuo viro indignius crederet, quàm eos incessere lingua, qui respondere non possent, ac turpe esset cum vmbris luctari. Huc præterea & illud Aristotelis referendum est, qui in Rhetoricis citat Platonem ex Politia, qui scripserit, eos qui mortuos allatrarent, videri similes catellis, qui lapides iactos morderent, ipsos autem qui læsissent non attingerent.*

PALINVRVS.

ARGVMENTVM.

DVo hi Dialogi sequentes, Luciani non sunt, neque Græcè scripti etiam: sed quia à doctis Italiæ cum Lucianicis eodem titulo coniunctos accepimus: nec horum quidem lectione fraudare quenquam voluimus, præsertim cùm ad exemplum Lucianicorũ aliquo modo efficti & ipsi essent.

PALINVRVS, CHARON.

Bsecro te, ô Charon, sine me vt iam nauim conscendam. CHAR. *Quis me appellas?* PAL. *Ego nauita quondam illius, quem nuper viuentem transuectâsti, Aeneæ Troiani.* CHA. *Túne ille es, qui apud portus Velinos inhumatus iacebas?* PAL. *Ille ipse sum. Sed crede cœlestium nutu fieri vt*

transuehar, quorum prodigijs longè lateq; actæ finitimæ gentes, & ossa mea iam expiauerunt, & tumulum mihi, tumuloq; insuper solennia statuerunt. Quare te oro, ô iustissime Charon, patere tandem vt ingrediar. sic prospera semper sit nauigatio tua, sit solida nauis tua atque inconcussa. CHA. Rem iustam petis, Palinure, ingredere vt libet. Vos verò tam confertæ vmbræ, quid fatigatis me precibus? quid fatigatis? quænam hæc vis desiderij? Expectate tantisper, dum transflumen hunc porto: regrediar quamprimùm. PAL. Habeo tibi, Charon, immortales gratias, qui me his tandem eripuisti è malis, qui me dira hac tandem qua detinebar transfretandi cupidine liberâsti. CHA. Amo te equidem, Palinure, tum propter Aeneam regem, quem mihi nominâsti, qui & super omnes quos vnquam viderim mortales, visus est mihi singulari quadam præditus pietate: tum propter meum etiam, quod olim commune fuit tibi, magisterium. par enim sibi quisque parem affectat, delectatq; magis quæ inter pares sit vel cõfabulatio, vel vitæ actio. Afficiebar porrò non modico dolore, quum videbam iamdudum te in [a] citeriore hac ripa errãtem, incertumq; sedis tuæ. Neq; licebat mihi succurrere, propter legem mihi datam, ne quenquam nisi humato prius corpore transportem. Sum enim ego minimus inter infernos habitatores, subiectusq; alienæ potestati, cui parêre non tam pulchrum mihi, quàm aliàs necesse sit. Gaudeo autem nunc & lætor, quòd ea aliquando se fors tibi obtulerit, qua & tuum implere desiderium, & meum reuelare dolorem salua lege officij mei possum. PAL. Imò ego non minùs propter te dolebam, ô Charon, quia perspiciebam tot te graues assiduosq; labores perferentem, sine vlla relaxatione. Neque enim te latet, quot quantisq; vexari malis solent nauium gubernatores, qui nihil aliud in vita quàm nauigationem exercui: atque ita

exercui,

exercui, vt nihil illa grauius, nihil perielitatius contingere mortalibus putem: propter quod credibile magis tibi videri poteſt, ſi angebat me vtique fatigatio tua, repetentem animo antiquas, quas iuuenis etiam ſuſtinebam, natuticas fatigationes meas: quarum experientia iam edoctus ſciebam probè pari malo tuo condolere. CHA. Fruſtra propter me dolebas, Palinure: nam nihil moleſta mihi eſt ars mea. PAL. Quid ais? CHA. Aio gratam me habere & iucundam artem meam. Vides vt cruda viridisque ſenectus eſt mihi? Memini haud vnquam ab ipſa, quæ iam omnium annos ſupero, longæua ætate mea pertæſum me eſſe laboris mei, qui quotidie inſto alacrior atque valentior. Sed intelligo cur tu aliter tibi perſuadeas. Eſt enim communis hic morbus mortalium, vt ſortis ſuæ quenque diſtædeat ſemper, viuâtque contentus nemo ſtudijs ſuis, laudent verò longè, ac beatiores exiſtiment omnes qui diuerſas à ſe artes atque actiones ſequuntur: verùm falluntur maximè opinione ſua. Nam ſi recte intueri velint, cognoſcent perſpicuè nullum eſſe in vita eorum ſtatum qui non magnis ſcateat miſerijs, quem non magnæ graueſque perturbent vndique moleſtiæ & vexationes. Et ſi detur aliquando vt alter in alterius ſtudia transferatur, quàm videas tunc ſua cuique leuia videri, qua priùs præ grauitate accuſabat: contrâque ea grauiora, quæ priùs leuia videbantur? Itaque ſi benè conſideres, Palinure, non eſt ita grauis mea conditio vt cenſes, neque propterea quòd nauclerus ſim, ſum eo miſerabilior. Sed tu (vt video) ſequeris vanos errores mortalium, ego verò integritatem tantum, iudicijq; veri lucem ſecutus, dego contentus ac lætus ſorte mea, neque adſcribo mihi calamitatem, quòd defudem quotidie nauigando, & defatiger. Neque ob hoc arbitror quempiam horum, qui mecum ſimul vltimas

sedes colunt, me esse beatiorem, non ipsos iudices, Minoëm, Rhadamanthum & Aeacum, quanquam magna omnes emineant potestate: non ipsum Ditem, quanquam sceptro potens sit, atque regna ista moderetur. Sunt namque & illis sui labores, suæq; molestiæ, & maiores fortè, quo & maiore reginminis sarcina premuntur. PAL. Potes de te tibi, Charon, persuadere vt libet: mihi enim de me nunquam persuadere poteris, quin ars nostra sine vlla comparatione cæteras laboribus & periculis excedat. quod liquidò tibi probarem, nisi quòd vereor ne tædio te afficeret fortasse longior narratio nostra. CHA. Imò summa me afficeret recreatione. Nam & delectat me tecum sermocinari, & nauigantibus etiam magnam animorum resocillationem afferre solent huiusmodi confabulationes. PAL. Quando igitur non est tibi iniucundum, prosequar suscepti sermonis nostri rationem, vt intelligamus, non esse duriorem vllam, quàm nautarum sortem: quod tibi facilè persuadebo, si animaduertas, quos æstus & frigora tolerare eos, quos perhorrescere tonitrus & fulgura, quibus perfundi imbribus, qua ventorum rabie agitari quotidie necesse sit. Si cognoscas quoties eos torqueri fame & siti, quoties squalore etiam teterrimo consumi contingat, si attendas habitationem eorum instar carceris, suppellectilem vel nullam, vel sordidissimam, strata dura, cibaria aspera, potum immundissimum, indumenta spurca, incommoditatem rerum omnium, noctes insomnes, & sub diuo semper, & inquietas. taceo perpetuum alioqui quoddam eorum exilium. quos patriæ eorum exteros, profugos, vagos, palantes, ignaros quietis, priuatos omni (quo nihil est in vita dulcius) coniugis, sobolisq; fructu ac iucunditate, quis non abiectissimos, longéque omnium mortalium miserrimos esse iudicabit. Prætereo Scyllam,

lam, Charybdim, Syrtes, Symplegades, tot infesta nauiganti-bus maris pericula. Omitto tempestates, quibus nec visu quic-quam est tristius, nec horribilius, quibus & ad summum vitæ vsque discrimen quotidie iactantur, quatiuntur, & (quod sæ-pè accidit) submersi tandem obruuntur. In qua re nemo est qui idoneus magis quàm ego, testis adhiberi queat: qui cùm multis fuerim quassatus tempestatibus, tum ea maximè, quæ me ex Sicilia in Italiam nauigantem inuasit, tam sæua at-que horrens, vt horrori sit adhuc mihi eius recordatio. Non possum certè vt par esset, explicare tibi acerbitatē illius tem-pestatis, sed quanta extiterit, ex hoc facilè coniecturam fa-cere potes, quòd Aeneam ducem, cuius summa constantia & animi fortitudo vbique decantatur, vidī ego contremen-tem grauiter, atque ingementem, extentísque ad cœlum ma-nibus, beatos longè inclamantem eos, quibus ad Troiam oppetere contigisset, lamentantémque pari ab eorum mor-te, ac fortissima, à Diomedis gladio se ereptum extitisse. crudelem equidem diem illuxisse omnibus vltimum: neque ex numero nostro quenquam putaui euasurum, non ipsum Aeneam, non Ilioneum, non Achatem, non Abantem, gran-dæuúmve Alethem, quorum naues longè distectas, ad sum-mumq; penè exitium adductas, nescio quæ vis illa nisi di-uina liberauit. CHAR. Non incognita mihi narras: hæc ea ipsa die resciui. PAL. Quo id modo? CHAR. Quo id modo, rogas? An acrem illum fidumq; Orontem ignoras, ductorem Lyciæ nauis? Is quidem tunc submersus conces-sit ad me illicò, exponens mihi ex ordine omnia quæ tu dis-seruisti, implorans deinde opem, rogitansq; multùm vt se vl-teriore in ripa sisterem: quod nunquam passus fui, quin inter-fluctus adhuc corpus suum sine sepulchri honore iactaretur. Nunc agit sese circum hæc stagna mœstus atque errabun-

dus vidisti illum? PALIN. *Et tum vidi, & vnicum meorum solatium habui, dum tantisper in ripa moratus, pari cum eo detinebar infelicitate. Nec enim falsa de tristi eius interitu retulisti, cuius adhuc imago subit mihi, dum excussum è puppi, contortúmque ter eum atque circumactum (horrendum) à fluctu, rapidus tandem æquore vortex absorpsit. Sanè quod ad me pertinet, nihil edisseram: qui licet eam euaserim tempestatem, amarum tandem aliquando etiam vitæ meæ finem inueni, excussus & ipse pariter atque iactatus inter vndas: quod deerat, insuper ferro prætereà obtruncatus. Ex quo nec tantum mihi timui, quàm Aeneæ meo, ne tantis vndis surgentibus spoliata magistro nauis deficeret. Hæccine eorum deliciæ, opes, tranquillitas? sic illis viuitur, sic moritur. Tui nunc & aliorum defende studia & artes, contendéque, si libet, maiorem esse etiam eorum miseriam & calamitatem, qui patrias incolentes suas, vxorumque ac filiorum societate beati quiescunt, gaudent, ludunt, hortantur, amicitias colunt, exercentur commodè, habitant magnificè, vestiuntur cultè, conuiuantur lætè, cubant molliter, iucundos suos ac geniales agunt dies. Adde, qui in vrbibus optimates & primarij magnum sibi vendicant authoritatem, habentúrque summo in precio atque honore, qui ius dicunt, qui causas agunt aliorum, qui fasces gerunt, qui ducunt exercitus, qui vel assistunt principibus, vel principes ipsi magni illustrésque sunt: quibus nec optabilius quicquam in vita esse video, neque beatius.* CHAR. *Falleris longè, Palinure: nam quos beatiores esse arbitraris, miseriores illi sunt vlla sine dubitatione. Neque enim negauerim sortem subiectam esse nautarum magnis malis: sed ita subiectam, vt comparatione aliarum, quæ maioribus etiam grauantur incommodis, minus certè misera iudicanda sit. Quid*

enim

enim tristius, vt ad tuos veniam qui patrias suas colunt, quid miserabilius, quàm domi suæ agere, & ita agere, vt iucũdiorem aliquando quàm vitam mortem optes? Quæ vlla maior calamitas, quàm circundari vrbem hostibus, ingruere bellum, volitare tela, stringi enses, perfodi muros, fremere tormentis, saxo dirui, domos tremefieri & concuti? quemque fame sitiq; deficere, corrumpi aërem, occupari mœnia, spoliari templa, diripi patrimonia, publicari bona, incendia parari, malos exultare, bonos torqueri, affici conuitijs, expelli domibus, vulnerari, carcerari, relegari, deportari, trucidari filios ante parẽtum ora, vim pati vxores, stuprari gnatas? Videntur an hæc tibi mala, Palinure, & an his quæ tu meminisli, vlla ex parte comparanda? PAL. Quàm vera narras, ô Charon, quàm nunc vel audiens ista perhorresco? Venit enim mihi in mentem grauis illa & deploranda patriæ meæ [b] desolatio: Troiæ inquam, tam præpotentis olim atque prædiuitis, cuius euersione nihil credo referri posse crudelius aut lachrymabilius: tantáq; fuit calamitatis eius magnitudo, vt longè plura etiam atq; tristiora quàm tu suprà memoraueris, sibi contigerint: quæ si velis, omnia tibi, vt rem certiùs agnoscas, explicabo. CHA. Haud opus est, Palinure, quoniam & tempus non patitur, & ego hæc omnia non secus ac tu nota atq; comperta habeo. Nam & mihi renunciauerunt vt quæq; aduentabant animæ ex illo bello profectæ. Nihil certè, vt nunc tu dixisti, peruenit ad aures meas crudelius aut lachrymabilius. PAL. Paxo vt iubeas: sed aduertas, Charon, grauissima licet hæc sint, rariora tamen contingere, quàm ea nautarum quæ suprà exposui. CHA. Referam ergo alia frequentiora, & ex ipsis quidem met ciuitatibus, quarum relatio augebit etiam earum miseriam. Vade oro, & per ciuitatem, plateas, porticusq; discur-

re : quid aliud offendes, quàm oblatrantium maledicta, insimulationes pestilentissimas, optimi cuiusque dilacerationem, quid non? exploratorum insidias, inuidentium q; venena. Diuerte modò gressum, & artificum mercatorum q; tabernas ac conuentus pete: quid aliud deprehendes, quàm sermonum nebulas, fucos, mendacia, deceptiones q; manifestas? Transfer dehinc te in fora publica, sedes q; iudiciarias : quid aliud audis quàm vndique omnia magno strepitu ac clamore misceri? Quid intelliges aliud, quàm cædes, hominum compilationes, furta, grassationes, conspirationes, proditiones? Quæ alia occurrent tibi, nisi litigatorum iurgia & contentiones, testium periurationes, causidicorum præuaricationes, iudicum corruptiones, præsidum ambitiones ac rapinæ? Quos ibi alios obuiam tibi habebis, quàm exultantes improbos, lugentes bonos, oppressas viduas, proculcatos pupillos, egentes prostratos? Attolle postea altiùs oculos, & atria principum perscrutare, quam non videbis ibi assentatorum exaltationem, speculatorum acceptionem, militum audaciam, fœneratorum voracitatem, quæstorum improbitatem, quam non potentum hominum in tenuiores vim atque insolentiam? Quas non concussiones? quas non populationes? quos non innocentes accusari, criminari, carcerari, proscribi? PAL. Grauia hæc nimis ac miserabilia. CHA. At restant alia, quæ non minùs tibi grauiora & miserabiliora videbuntur. PAL. Perge. CHA. Quæ fortassis etiam grauiora & miserabiliora iudicabis, quoniam domestica ac frequens magna est eorum pestis. PAL. Fare CHA. Nolo tibi, Palinure, afferre in medium graues longos q; artificum & negociatorum labores : non eos quibus afficiuntur agrorum cultores, non quibus milites, non quibus causidici, cæterarum q; disciplinarum sectatores, æstus, algores,

algores, inediam, peregrinationes, anxietates vel pericula, vulnera, cædes, districtas habitationes, infinitáq; agendi, cubandi, vescendi incommoda vel fastidia, lassitudines, vigilias, solicitudines, odia, & infamationes. Nam si complecti cuncta sermone meo atque exequi voluerim, tot tantáq; dicenda se offerent, vt præ longitudine malorum ac mole, citiùs nauigatio nostra quàm oratio finem possit inuenire. Omittam itaque, & commemorabo tantùm quas inter domesticos parietes, tum seruorum, tum vxorum ac filiorum molestias ac turbationes pessimas perferre solent, qui gubernationi præsunt rei familiaris. Quam si ita vt naualem expertus esses, facilè quicquid dicturus sum, me etiam tacente & intelligeres & approbares. Nam seruorum primò in dominos semper prompta maledicta, furta, impositiones, fugas, arrogantiam, negligentiam rerum dominorum, temulentiã, edacitatem, somnolentiam, tarditatem, ignauiam, nemo est qui non videat magnam afferre his qui patiuntur, infelicitatem. Deinde filios, quorum amore nihil dulcius esse fertur, quanta animi cum amaritudine aspiciant parentes vel ægrotare, vel mortem obire, quod frequenter admodum fit, satis existimo etiam te intelligere. Quàm verò grauem & anxiam credis esse eorum vel parturitionem, vel educationem, vel institutionem? Quoties pro eis bonos parentes gemere, suspirare, dolere, torqueri? Quanta etiam putas perturbatione affici, dum quos progenuerunt, immensáq; adeò cura aluerunt, vel parùm sibi audientes, vel rebelles ac infestos postea habere contingat? quàm dolenter eos ferre arbitraris dum insani & vecordes sunt, dum hebetis & crassi ingenij, dum effœminati & molles, dum dilapidant & euertunt patrimonia, dum nulli bono operi & studio intendunt, dum per præcipitia vitiorum omnium vitam ducunt suam?

Quid

Quid de vxoribus loquar, quas dos tumidas, genus insolentes, forma suspectas, deformitas reddit inuisas? quarum lingua nihil pernitiosius, quarum audacia nihil prodigiosius, quarum improbitate nihil execrabilius. Quæ iurgijs semper & contentionibus obtundunt viros, quæ semper conquerantur, semper exprobrant, semper insidiantur. Quibus quum desint cætera, nunquam tamen lachrymæ, gemitus & suspiria. Quæ cæca sua (qua tantum ardent) ornamentorũ ambitione exhauriunt opes, labefactant domos, cogunt maritos in malos quæstus, in dira scelera. Non refero turpissima adulteria, quibus nec punitur minus, nec peccatur magis quicquam. Ea quanto dolore afficiant bonos coniuges, nemo satis vnquam meo iudicio enarrare posset: sed magnum doloris argumentum præstant, & grauissimas cædes, & ingentia quæ sæpe propter corruptas vxores bella exarserunt. PAL. Hoc plus quàm vellem, scio: nam arduũ illud quod ego vidi Græcorum & Troianorum bellum [b] propter Helenæ raptum, in eam excreuit rabiem, quam nulla mundi regio ignorauit. CHA. Quæ toti Mundo manifesta sunt, ea tantum nosti, Palinure: at si singula, quorum nihil me latet, intelligeres, adducereris in tantum stuporem, vt stupescens etiam præ miseratione coniugalem vitam lachrymares. PAL. Hui quid narras? CHA. Narro quæ quotidie video & pertracto PAL. Ergo connubia putas polluta & coinquinata? CHA. Minimè: id nunquam dixerim. PAL. Atqui multas memini me vidisse ea præditas honestate, ea religione, ac vitæ integritate, vt diuinum quiddam magis quàm humanũ redolere viderentur. CHA. Et multas vtiq; eiuscemodi esse confiteor, sed eas quidem, quæ optimis honestissimisq; ortæ parentibus, ebiberunt à primis annis sobrios & castos mores: quæ sanctis parentũ suorũ exemplis

educatæ,

educatæ, vitam instituerunt, peccare castigatæ, sapienter ad mansuetudinem edoctæ, ad pietatem, ad fidem, ad diuinum cultum, ad rectũ compositumq; regimen rei familiaris. Quæ se à thyasis, saltibus, iocis: quæ se à spectaculis, ab immodestiore cultu, ab licentiore colloquio abdicarunt. Caterùm quæ contra sanctitatem, quæ malis institutis, peruersisq; parentum exemplis imbutæ, molliter vixerint, assuefactæ deliciis atque turpi ocio, quæ nihil nisi saltare, canere, fides pulsare didicerunt, quæ præterea oculis suis hauserunt, matrum præsertim obscœnitates & immunditias: hasce qua fide & integritate esse putas erga maritos? Illabuntur siquidem tanquam venena tenellis mentibus parentum exempla: inde rarior etiam quàm reris, est hymenalis honestas, quo qui eas vel emendatis instituant moribus, vel sancto inuitent exemplo, parentes simul rariores habeantur. Prodeunt postea in publicum quæque etiam procaciores, aperta fronte, directo gressu, quasi pudicitiam ipsæ consecrasse videantur. Et quæ secretum intra cubile probra gesserunt, cùm vestem induerint, illa contexisse atque occultasse existimant. Vosq; ea, vanum vulgus, ita vt cernitis, vera ducentes esse arbitramini. At ego nihil quàm quod res habet, de eis iudico. nuda enim hîc omnia atque aperta sunt. Non veste hîc teguntur matulæ, non pallio obnubuntur scelera. exertos omnes ac nudatos, rerumq; omnium vacuos prorsus huc ingredi oportet. Quicquid in vita malè tentatum, maleq; actum est, hîc fronte coram ipsa demum gestatur, despoliatur, ostentatur. Quare non mirum tibi videatur, si quorumcunque nota habeo crimina, qui quorumcunque etiam nudas, ita vt prædixi, transucho vmbras. Quàm proinde ingentem video earum turbam, quæ cùm impudicitiam longè apertam ostendant suam, pudicissimæ tamen in vita habeantur? Quantas secum in ma-

in maritos fraudes gerunt, quot simulationes, quot proditiones, quantam hypocrisim, quot aliorum obscœnos amores, quot pollutiones, quot supposititios partus, quot mentitas enutritiones, quot alieni seminis susceptas messes? At, quod ridiculum magis est, lugent postea ignari mariti hasce sibi extinctas vxores. Laudant inter cœtus & prædicant quasi pudicitiæ principes: statuunt mausolea: plurimi quoque epigrammata condi, orationes scribi & pronunciari curant, in laudem ac memoriam castitatis fideique earum sempiternam. An hæc tristia & amara esse censes, Palinure? Et an comparationem vllam habere putas cum his nautarum, quæ ea seueritate & acrimonia recensuisti, vt cætera læta, fausta, deliciarumque plena (si tibi fides daretur) existimanda essent? PAL. Haud equidem tanta in ciuitatibus priuatisque domibus, quanta modò enumerásti, mala regnare credidissem. CHA. Ita proficit, inexpertos sermonem aliquando inire cum his qui multarum rerum vsum atque experientiam habent. PAL. Ita fit. CHA. Quòd si animaduertas, labores quos perferunt nautæ, corpori magis quàm animo infensos ire, concedes ampliùs etiam sententiam meã. Nam huiusmodi res duræ assiduo quodam vsu & assuefactione mitiores fiunt, & quodammodo domantur: quas verò ego memoraui, cùm animum magis affligunt, non ita vsus & assuefactio mitigare atque edomare potest. PAL. Consentio tibi iam, gaudeoque in eam lucem te illustrante peruenisse, vt intelligam tam magnam aliorum & maiorem etiam quàm nautarum miseriam. Sed illud non possim intelligere: quin principes saltem ac magni viri, non dicam nautis, sed cæteris insuper quibuscunque mortalibus beatiores sint. CHA. Cur? PAL. Quoniam omnibus abundent atque affluant bonis. CHA. Quibus? PAL. Ho-

nore

nore, gloria, opibus, delicijs, amicis, potentatu, imperio. CHA. *Hisce?* PAL. *Hisce, & multò pluribus.* CHA. *Erras.* PAL. *Errorem hunc optássem in vita mihi.* CHA. *Deliras.* PAL. *Maluissem ita delirare, quàm tua cum sententia sapere.* CHA. *Quid si nihil illis miserius?* PAL. *Quid si nihil beatius?* CHA. *Haud vnquam hoc mihi demonstrabis.* PAL. *Non tibi ij beati videntur, qui quicquid ad explendas voluptates optari potest, assequuntur? quibus conuiuandi, cubandi, vnguendi, lauandi, ludendi, venandi, aucupandi, ad omnem nitorem atque satietatem semper facultas sit? Quibus quotquot velint concubitus fœminarum, quotquot velint arua, equi, canes: quibus tot sunt serui, tot exculta palatia, tot munitæ arces, oppida? Qui tantum possideant auri, gemmarũ, vestium, supellectilis? Quibus audiant omnes, assurgant, inclinent? Quos populi vereantur, timeant, laudent, decantent? Qui leges dicant, mandent, exerceant, proscribant, puniant, extollant amicos, vindicent inimicos, trucident rebelles?* CHA. [d] *Non est tam magna vt existimas, Palinure, eorum beatitudo. Nam parit certè fastidium tanta bonorum continuatio, tantaq; affluentia, neq; sapit tantum, quæ non aliquando intermittitur voluptas. Præterea quomodo eos tu beatos iudicare potes, qui tantis opibus atque delicijs suis nunquam fruuntur cum iucunditate, tanquã cum gaudio? qui in tanta rerum copia nunquã exhilarent se, nunquam releuent animũ, nunquã exultent? Qui tanta licet bonorum vbertate redundantes, tristitia tamen semper obducantur, solicitudine premantur, anxietate torqueantur? Non tibi multò optabilior videtur priuatorum conditio, quorũ & vita securior, & voluptates etiam, si mentem intendes, maiores sunt? quos summa semper condit hilaritas, mulcet festiuitas, explet alacritas? Quantã putas afferre delectationem,*

quæ

quæ communis cum vxoribus & filijs vita exigitur, dum cũbant tutè, vescuntur lætè, iocantur modestè? e Quàm dulcem esse arbitraris amicorum inter se & æqualium parem vitam, domesticum vsum, frequentem conuentum? Quid eorum amore suauius, confabulatione gratius, curis melius atque commodius? Quantum credis lætitiæ & exultationis habeant eorum conuiuia, ludi, cantus, saltationes? quantum dilatent animos & permulceant? quantum emanet mellis? cuius nec stillam principum aliquis degestauit. PAL. Haud intelligo, Charon, hanc quam refers regum tristitiam atque anxietatem, qui inter risus tantùm, blanditias iocosq; versentur, quibus semper psallatur, canatur, plaudatur, & quicquid ad transigendam hilarem vitam excogitari potest, exhibeatur. CHA. Etiam, vt video, iudicas, Palinure, quæ oculis tantùm patent: quo errore decepti mortales, plurimum seduci solent: sed quod certum afferre possunt iudicium exteriora corporis, quæ velamenta quædam magis sunt veritatis? At quid certi promittere & ostentare potest f frons hominum, quæ plures quàm Proteus species mentiri, atq; in plures mutari queat? Considerandæ sunt secretæ animi fibræ: perscrutandæ sunt interiores mentis latebræ: quas si peruidere ita vt frontem posses, proh dolor, quantam ibi malorum turbam, quantam formidinum atq; strepitationum aciem inspiceres, quot angores, solicitudines, suspiciones? quot pestilentes morbos & perturbationes? quanta aperirentur vlcera, quot plagæ & cædes, quot insidiæ, quot enses, & telorum infinita genera? quæ nec somnos eorũ quietos, nec cibos placidos, nec opulentiam dulcem, nec imperium iucundum, nec delicias iocosq; lætos esse permittant. PAL. Nesciebam adhuc hæc eorum qui dominantur mala: sed cur illis contingant tanta, non capio. CHA. Contingunt tanta propter graues

graues intmicitias, acerbaq; odia quæ continuè cum finitimis ciuitatibus, cum subditis sibi populis, cum semet ipsis etiã gerunt: quo fit vt in graue scentibus odijs, increscentibusq; iniurijs, quibus quotidie afficiunt quemque necesse sit illos torqueri & affligi grauiter, confidere nemim, suspicari omnia. Possunt extimere muscas etiam (vt aiunt) volantes gaudere & lætari nunquam, tristitia & mœrore detineri semper PAL. Adducis me facilè vt credam suspectas eos habere finitimas ciuitates, cum quibus & infensa odia confiteor, propter continua quæ exercentur bella, & dominandi libidinem, qua plurimùm incenduntur. Cum suis verò quibus imperunt populis, nihil accipere possum nisi amorem, & dulcissimam pacem. Porrò si cum finitimis sint inimicitiæ, si oriantur bella, sic demum etiam augentur imperia, subducuntur oppida, profligantur acies, spoliantur & captiuantur hostes, populationes fiunt, trophæis decoratur patria, victoriis celebratur, triumphis extollitur. Ob quæ & principum gloria & vrbium ornatus, & inimicorum timor, & populorum inter se lætitia, atque erga principes fides & amor crescit. CHA. At tantum narras quæ prospera sunt & læta, ac quæ frequentiùs accidunt aduersa & tristia prætermittis, quasi semper eos putes debellare hostes, potiri victoria, triumphis exultare, nunquam verò vinci, prosterni, agros suos populari, bona sua diripi, & è suis se oppidis deijci. Sed maiora hæc prætereamus, de minoribus tantùm dicatur. Quippe si conferas quas strages suorum & cædes sustinent, comperies longè maiore damno quàm lucro partas eorũ victorias constare, discussaq; ratione decessisse plus illis, quàm accessisse. His adijcias, vt populorum etiam suorum odia, nedum finitimorum intelligas, quòd ad inferenda bella & persequendos hostes opus illis est ingenti & munito exercitu, multo nauigio,

gio, longa armorum & machinarum præparatione: quæ quum magno & inæstimabili consistent sumptu, nec proprij suppeditent redditus, necesse est nouis vectigalibus vexare populos, nouas indicere præstationes, nouas angarias: augere tributa, multiplicare onera, exhaurire æs omnium, eradere marsupia, imò viscera pauperum, paruos atq; magnos diripere, spoliare, conculcare. Inde fit, vt quum inuisos manifestè se cunctis intelligant, suspectum tum sibi incipiant habere quemque: nullius fidei, nullius amicitiæ credere connectere omnia in malam partem. Habet enim hoc in se pessimum malefactorum conscientia, vt quos iniuria affecit, nunquam reuocari in amicitiam, nunquam mitigari, & ad veniam moueri posse putet: proinde magis insurgitur, grauiores iuriniurias. hunc proscribunt, illum carcere mcludunt: quorundam patrimonia publicant, alios iugulari aut strangulari iubent. Voluntate pro ratione vtuntur. Eorum quoq; quos tantis læserunt malis, cognatos, affines, amicos socios, seruos, quasi fidei suæ diffidentes, persequuntur. Tum cæteri qui chariores etiam videbantur, exempla aliorum proponunt sibi, ac iuniq; ipsi non minùs odia. Nam non minùs rebus suis ac saluti suæ timent. Ita pedetentim ciuitas omnis indignatur, obmurmurat, rapitur ira, odijs incenditur, coquit nouas cogitationes, noua consilia molitur. Mox rò deueniunt, vt hæc intelligentes videant quantæ ruinæ quantoq; præcipitio subiaceant, quàm tenuissimo quasi quodam filo pendeant imperia sua. Tunc cernas eos pallere, tristari, consumi, expauere omnia, torqueri scelerum suorum conscientia (quæ prima est pœnarum omnium) timere hostium insidias, ciuium conspirationes, domesticorum proditiones, oppressorum vindictas. Tunc securum nihil existimare, nisi quod vi ac ferro tuentur. Propterea non credunt se tuiò cuiquam, non ministris,

ſtris, non neceſſarijs, non germanis, quorum maiorem etiam quàm aliorum authoritatem magis formidant. Arcent ſe ab aſpectu & præſentia omnium, cingunt ſe foſſis & aggeribus, claudunt ſe arcibus, quaſi ad perpetuos damnati carceres. Cuſtodibus etiam tanquam ad expeditionem belli paratis, vt obſideri eos putes, circumuallantur. Nihil illis dulce, nihil apertum, nihil iucundum. Dormiunt cum magna inquietudine, cum maiore etiam vigilant. Terret illos conuentus hominum, angit ſolitudo: timent colloquia, timent ſalutationes, timent dona. Suſpecti illis aditus, ſuſpectæ ſellæ, ſuſpecti cibus & potus, qui nec etiam niſi præguſtati ſumuntur. Suſpecti pellicum & item vxorum tori: quibus mirum eſt tur ſine cuiuſquam præguſtatione congrediantur. Ipſos verò quorum ſe cuſtodiæ commiſerunt non minùs extimeſcunt, quibus quum carere nequeant ob tutelam ſuam, eò magis augetur eorum timor & miſeria, quò armatos pro firmiore illos præſidio eſſe neceſſe ſit. Quare alieni genas & barbaros homines, atque abiectiſſimos quoſq; ſibi deligunt, eoſq; frequentiùs comitantur. Deijciunt ſæpiùs ac exterminant, quò ſaluti ſuæ; ſi non alia, ac ſaltem hac via conſulere poſſint. Quid fœdius & ignauius dici queat, quàm hominibus immanibus ac flagitioſis ſe committere: ſuos verò, prudentes, ſobrios, iuſtos ſpernere atque deuitare? Quanta iſta tyrannorum felicitas, quos contiuus & ingens ſemper angore afficit metus, quo non modò animi grauiter excruciantur, ſed cũcta inſuper dulcia mundi dona fugantur & diſſipantur? Quanta iſtæ eorũ deliciæ: quanta gaudia, qui tranquillitatem nũquam & pacem ſibi, nec dicam populis ſuis aut hoſtibus conceſſerint, expertes omnino tam ſanctiſſimi atq; omnium dulciſſimi boni? Quænam vbertas iſta bonorum, quæ diſtracti aliunde, neque ſciant, neque viſant, neque pertractent, neque

guſtent vnquam? Quanta iſta imperij bona, quæ quum ipſi videre & attrectare non poſſint, committant neceſſe eſt aliorum curæ & gubernationi? ignari rerum ſuarum, neſcij omniam fermè quæ ſub ſe geruntur, fraudati quotidie & decepti, ab his præſertim, quos præ cæteris auxerunt: quibus tamen quum ſe credant, quot innocentium criminationes, quot facinoroſorum falſas commendationes audiunt? Quoties eorum fidem ſequuti, bonos pro malis malos pro bonis ducunt, atque hos beneficijs, illos pœnis afficiunt? Quodq; grauius eſt, quoties ipſis etiam videntibus, hi quos tantum extulerunt, pro ſententia ſua in foro quoſque lædunt, concutiunt, opprimant, atque dilaniant? Quid mirum ſi exarᵉdeſcunt poſtea populorum odia? ſi labefactatur poſtea eorum ſtatus atque deſolatur? Quanta iſta, quamq; optanda imperia, cum quibus & ſeruitutē peſſimam degant? ſubiecti tantis perturbationibus, tantis inſidijs: ſubiecti ipſis etiā quos ſibi ſubiecerunt: conſtricti quaſi quibuſdam regni compedibus: clauſi intra arces, quaſi magni alicuius criminis rei: coarctati inſtar ferarum: excluſi ab omni quæ foris capitur recreatione, & priuati libertate: quod eſt tam dulce & omnibus optabile bonum, non hominibus modò, ſed cæteris inſuper quibuſcunque animantibus: cuius priuatione quid eſt quod triſtius aut infelicius contingere poſſit? PAL. Non credis Charon bonos aliquos, mitisq; & moderatæ naturæ Tyrannos eſſe? CHA. Imò multos credo: ſed tanta eſt dominandi libido, tantus ardor, tanta neſcio quæ peſtis ingenita, vt quos ſemel inuaſerit, ſint ſumma quamuis bonitate præſtantes, adeò illiciat eos, illicienſq; deprauet, vt vita potiùs quàm imperio quod iam occupauerunt, carere poſſint. Vel ad conſeruandū, vel ad amplificandum contendunt vnguibus dentibuſq; ac propterea nemo eſt tam bonus tyrannus, cui non conſer-

conseruationis amplificationisq; suæ gratia multis magnas inferre iniurias, atque ob eas illatas non plurimùm timere, plurimásve pati anxietates contingat. PAL. Miror cur tantis immalis, quæ planè ita vt narrâsti, vera esse puto, appetant tantoperè mortales imperium, nisi id fortasse faciunt cupidine honoris & gloriæ: quod numerum tam præstans atque excellens bonum, tolerabiliores reddit tantas quas modò exposuisti miserias. Dulce quippe est mandare alijs, præferri omnibus, eminere, præcellere, vereri, timeri, supplicitèr exorari, assurgi sibi via decedi, inclinari cerviçem, flecti genua, audire laudes suas, & rerum bene gestarum decantationes. Quæ cum & diuina numina plurimum capiant, facilè intelligi potest, quantum & his quoque mortalium mentes capiantur. CHA. Quæ tanta capere potest Tyrannos vllos honoris aut gloriæ exhibitio, qui se certò inuisos omnibus esse sciunt? A' quibus si laudentur, si audiantur, si sibi assurgatur atque incuruetur, intelligunt palàm vel assentationis vel timoris causa id fieri. Quare non est ita dulcis vt putas, huiusmodi honoris & gloriæ exterfio magis quàm exhibitio. At verò dulcior is est qui in priuatos homines ab amicis & beneuolis honor exhibetur propter aliquod eorũ egregium facinus, aut excellentem virtutem. Vera ista gloria, verus iste honor, ac dignus quidem quo & diuina numina capiantur. PAL. Nullam ergo video causam cur tantopere imperia desiderentur, desideratáq; conseruentur: nisi quòd habendi cupido, qua tantum trahitur humanum genus, in his maximè expletur. Quò enim quisque plus auri, agrorum, ædificiorum, oppidorum acquirere possit, nullo parcit labori, quantumuis magno & intolerabili: neque vllus tam amarus labor, quin propter quæstum & maiorem rerum cumulationem dulcescat. Ita quum tyranni super omnes plus

postideant, semper omnes etiam beatiores videntur, licet cætera eis tristia sint atque peracerba. CHA. *Neq; istud quidem affert vllam beatitudinem. Nam in primis non efficit diuitem maior abundantia sed minor cupiditas, Qui enim paruo contentus est, id tantum cupit, quod necessitati vitæ sufficiat. Is abundè est locuples, propter honestum, quod facilius implere potest desiderium: quod quum & impleuerit, liberatus est ab omni qua alij rapiuntur habendi anxietate. Qui verò quantumlibet diues plura concupiscit, pluribus indiget: quia perseuerante acquirendi insatietate efficitur minus voti compos. Quò enim magis crescit multarum rerum possessio, magis etiam cupiditas: neque finem vnquam habet vorago illa cupiditatis. Deinde non est iudicandus quisque vel locuples multitudine, vel pauper paucitate diuitiarum: sed vel rerũ magis implemento, vel necessitate. Nam si multitudinem excedunt sumptus, quomodo potest is credi diues, qui minus habet quàm necesse esset? Quare quum necessitatem sapiùs magnam patiantur qui tantam imperij molem administrant, indigentiores etiam putandi sunt priuatis hominibus, quibus licet tenues sint opes, an necessitatibus saltẽ suis vel pares sunt, vel superiores. Taceamus graues quas quotidie expilationes vel rapinas perferunt à quæstoribus suis, & ab his maximè quorum fidei magis credunt: qui quò maiora etiam nacti sunt imperia, eò maiora vtiq; furta, maioremq; proinde rerum suarum diminutionem patiuntur, à quibus priuatos saltem homines liberos esse constat, qui & diligentiùs patrimonia sua ipsi per se curare, & attentiùs omnia intueri possunt. Dicamus verò curas & labores quos in administrandis tantis opibus, gubernandoq; tanto potentatu tolerare eos oportet, quorum fortiores quàm Herculis humeros esse necesse est ad sustentandam tantam molem:*

plures

plures etiam quàm Argi oculos ad tantam rerum varietatem peruidendam atque distribuendam: plura quoq; quàm Iani aut Vertumni capita, ad intelligenda examinandaque tot ac tanta cùm hostium tum populorum suorum quæ illis negocia deferuntur. Quæ tanti animi vis, quæ non debilietur? quæ tanta soliditas, quæ non concutiatur? quæ tanta promptitudo, quæ non remittatur? Cuius est tanta valetudo tantum robur, qui se tam vasto curarum ponderi parem audeat polliceri? Cuius est adeò æquabilis & moderatus animus, adeò perseuerans, quin tam multis tamq; continuis laboribus non defatigari, non quassari, nunquam quoque confringi possit? Omittamus mortales: de nobis tantùm, qui hæc vltima loca colimus, loquamur. Verum putas, Palmure, beatiorem esse, vel me, qui pauperrimus sum omnium, qui nihil præter hanc quam cernis pusillam lintrem possideo: vel Plutonem, tam lati tamque immensi regni tynannum? Intelligo, etsi taceas, quale de hoc sis iudicium prolaturus. Crede mihi, minimè meum cum suo statu commutarem. PAL. Quare? CHA Quia lætus ago, & summa cum quiete. Non vllius rei vllam gero, nisi transuehendi hasce huc descendentes animas, & conseruandi incolumem hunc fascelum meum, solicitudinem: in quo dicam tibi quicquid est quod me grauet. Quum enim propter vetustatem fatiscat aliquando rimis, curare me oportet vt restituatur integritati suæ. quare eum consuo sæpiùs & obstruo si quid rimarum est. hæc omnis mea cura est, hic omnis labor. At Pluto cum tantis diuitijs suis, ac regno tanto nunquam lætatur, nunquam quiescit: tot curis carpitur, quot repletur hic vmbris locus. Implicatum semper habet vbique animum hinc fertur, illinc rapitur, omnibus intentus locis, omnibus occupatus ministris. huic mandat, illum terret, alios acciri iubet. Metum illi om-

nia incutiunt: nunc terræ hiatus, nunc motus formidat. Sæpe illum trepidare cogit lampas Phœbi, ne vlla ex parte irradiet regno suo. Sæpe & fulmen magni fratris, ne penetret Auerna atq; labefactet. Quoties vidi ego illum, dum rebus suis timet, inuectum summo curru peragrare omnem hanc regionem, lustrare fines, scrutari omnia diligenter, ascendere etiam in superum orbem, circumire terras, peruestigare quodcunque periculum perferre posset, nihil omnino incauti & inexplorati relinquere: quæ quum multis in locis, tum maximè ea solet efficere in tertis Siciliæ, quæ magis etiam eum terrent propter magnas reluctationes Typhœi gigantis, quibus totam conquassat illam patriam. Nam postquam ipse ausus fuit bella inferre cœlo, iniecêre superi eius corpori Trinacriam, sub qua ab omnibus vndique montibus pressus & grauatus conatur sæpe se attollere, impositaq; sibi reijcere: promdeq; magnos concitat motus, ac tantos quidem, vt hæc loca nostra concutiat grauiter & tremefaciat. Cogita nunc quàm læta & optanda sit fors huius inferni tyranni, cuius tot diuiditur animus curis, tot propellitur tumultuationibus: quem tot oporteat præcauere pericula, tot dispensare ministeria, omnia percensere, omnia corrigere, omnia vel ipsum gubernare, vel alijs gubernanda committere. Attende rogo, & vel ex hoc vno collige eius felicitatem. Nam si me deficere contingeret huic nauiculario ministerio, quod ita necessarium est vt vides, necesse esse eum vices meas subire: ne alioquin deficiente portitore, regno suo malè succederet. PAL. *Hoc profectò non modò verum esse video: sed manibus etiam ipsis (vt aiunt) tango. Nam ea nocte qua aliàs somno grauatus è puppi in mare excussus fui, id continuò sensit Aeneas meus, qui errantem sine magistro nauem intelligens, gubernauit eam tota ipsa nocte, non indignatus quòd quæ*

sceptrum

sceptrum gestare solebant, remum etiam manus attrectarent. CHAR. *De magno eius germano nihil loquor. non me latet, quantos & ille labores ac curas sustinet: sed id præcipuè scio, quum temeritate Phaëthontis totus penè orbis conflagrässet, quantum tunc regno suo timuit, quantum tota cœli mœnia circuit, & ne quid labefactatum viribus ignis corrueret, explorauit. Prætereo tertium fratrem, moderatorem vndarum, cuius plurimæ etiam ac maximæ curæ non facilè explicari possent, sed præsertim quæ sub illa quoque Phaëthontea conflagratione ad summum penè vsque exitium cum toto regno suo eum affecerunt.* PALIN. *De hoc possum, quod oculis meis vidi, afferre testimonium. Vidi equidem tempore illius quam suprà retulit, horrendæ apud Siciliam tempestatis, commotum grauiter Neptunum, & ex alto prospicientem vocasse ad se Eurum & Zephyrum, & increpatis acriter eis pro tanta suscitata tempestate, placasse ocyùs omnia, atque tranquilla reddidisse. Quod argumentum præstat mihi euidens plurimarum, vt inquis, ac maximarum, quòd omnia in latissimo imperio suo paria sint, curarum suarum.* CHAR. *Dic oro, Palinure, putásne iam beatam esse tyrannorum vitam?* PALIN. *Minimé.* CHA. *Optarésne viuens eorum sortem?* PALIN. *Vt quid optarem, in quo nihil omninò optandum esse manifestè intelligo?* CHAR. *Ergo certè eos arbitraris miseros?* PALIN. *Non miseros modò, sed omnium etiam miserrimos.* CHAR. *Mirũ quòd modò eos tanta frui beatitudine prædicabas.* PAL. *Quid mirum, si cæcus laudet tenebras, quas posteà luci restitutus damnet?* CHAR. *Vis vt & alia eorum mala tibi referam?* PALIN. *Restant item alia?* CHAR. *Et alia, & grauiora.* PAL. *Quid audio grauiora? haud vnquam istud credam, posse his quæ modò dixisti, grauius aliquid*

addi. CHAR. Credes quum audieris. PAL. Dic ergo. CHAR. Vides vt appropinquamus iam ripæ. non possum longiora tecum iam facere verba. PAL. Rogo te, mi Charon, ne fallas auidissimam expectationem meam. CHAR. an cæterarum vmbrarum quas in littore reliqui, auidissimam etiam expectationem vis vt fallam? PALIN. Non diu moraberis, perge, ô mi Charon. CHAR. Imò diutiùs quàm soleo, demoratus sum: sed lentus etiam nauigaui propter te, cuius confabulatione delectabar. PALIN. Age, ergo, vt facis, lentiorem protrahe nauigationem, vt quæ reliqua sunt dicenda, prosequi possis. CHAR. Ea tandem est tibi audiendi cupiditas? PALIN. Tanta. CHAR. Morem tibi geram: quæ in re illud te scire velim, quòd h plurimùm miseram reddit mortalium vitam instabilitas scilicet, & ruina rerum. Nam certum nihil & permanens in vita quisquam sibi polliceri queat. Quomodo is beatus censebitur, cuius summam quantumuis & plenã beatitudinem minima omnis disturbatio violare & auferre potest? Sanè quum omnia apud mortales infirma atque mutabilia sint, nulla tamen infirmior fors est atque mutabilior, quàm tyrannorum, quorum etiam quò maior sit exaltatio, & sublimata magis status altitudo, magis est proinde, quum mutari eos contingit, casus & ruina. Inde tantæ tyrannorum proditiones, euersiones, trucidationes, vt nemo eorum ferè vnquam euaserit, qui non vel regno depulsus, vel veneno necatus, vel cruenta aliqua & pessima morte cæsus vel peremptus sit. Quis talem eorum vitam optârit, quæ pro modici temporis felicitate (si tamen illa felicitas appellanda sit) tam tristi posteà tamq; amaro fine consummatur? Horret animus dicere. Nam ne credas ijs tantùm mortales subiectos malis esse, sensimus & horum magnam partem aliquando nos inferri, licet tam valida nobis & munita

munita sit ciuitas, tam firma & præpotens, atque omnibus vndique præsidijs circumsepta. Non possum sine dolore meminisse illius diei, qua Hercules heros ille fortissimus hæc regna penetrauit: perfregit fores, inuasit regem, exterruit reginam, quàm & antè socij eius rapere adorti erant, abstraxit Cerberum, vinctumq; eum catena tum magna vi in orbem duxit, concussit loca omnia trepidare omnes vmbras atque ipsos iudices fecit: me quoque non modicum læsit, quem erepta cymba conto hoc meo percussit, impulsumq; grauiter in mediam paludem exturbauit. Timui equidem tunc desolatum iri barathrum totum. Credidi tunc supremum Plutoni finem aduenisse regni sui: neque minùs illum cum coniuge in prædam duci ad superos, quàm tartarcum canem: sed paulò humaniùs tum eo actum est, quàm opinabar. Nam tandem sibi ac regno sub benè consultum est: neque tamen ita consulium est, quin tricipiti custode suo, qui tam perneces sarius erat, spoliaretur. Quòd si opinionem meam, quæ communis erat fata coæquassent: tunc cernere fuisset, vtrum beatior vel meus vel Plutonis tanti regis status esset. Ego quidem nihil ambigo, priuatus fuissem hac nauicula: hoc enim habeo tantum quod adimi mihi possit. priuatus etiam fuissem rege meo: sed quotquot alios voluissem reges, proculdubiò inuenissem, qui ministerio meo indigentes, seruitium meũ perlibenter sibi delegissent: & fortasse hoc lucri feciss em, quòd pro vetusto & attrito qualem hunc intueris, nouum mihi & magis solidum lembum acquisissem. At Plato quantas opes, quantos honores, quantum regnum amisisset? quantam in egestatem, quantam in calamitatem decidisset? Qui neque par aliud regnum, vti parem ego vel meliorem nauim: neq; parem alium famulum, vti parem ego vel meliorem dominum inuenisset. Excedo iam modum dicendi: sed si tempus si-

pus fineret, narrarem & quibus olim curis vextus, quantoq; que timore perculsus propter bella Gigantum fuit summus Olympi rector: cuius narratio maiorem etiam augeret eorum quæ suprà dixi, malorum confirmationem. PALIN. Haud opus est exemplis mihi Nam nemo mortalium fuit, qui maiora quàm ego vnquam viderit eorum malorum exempla. Quid enim extitit his temporibus Troiano rege maius? quid opibus suis cumulatius? quid operibus munitius & pulchrius? & quid demùm exitu tantorum bonorum tristius? quid crudelius? quid flebilius? Vidit infelix pater tam arduũ & longum bellum, tot cruentas mortes natorũ suorum. Vidit euersam funditùs & incensam vrbem. Vidit latrantem coniugem, captiuatas nurus & filias, populationem tantarum diuitiarum: ipse quoque, quod vltimum restabat illi senectutis suæ solatium, Pyrrhi ensse confossus, & crudelissima morte consumptus est. CHAR. Quis meliùs me hæc nouit, qui cunctos hac scapha transuexi? A quibus & omnem calamitatem suam seriatim perdidici. Notus est mihi abundè Priamus, cuius cognito acerbo casu non potui non dolore. Notus est Troilus, noti Hector & Deiphobus, nota est cætera tot filiorum ac nepotum turba: noti innumerabiles qui illo bello perierunt Troiani pariter & Graij duces. Nota est infinita quæ tunc occidit populorum manus. Nullo memini tempore longiorem interfectorũ multitudinem huc descendisse, quàm illo: quo ita lassatus fui, & præ multitudine omnibus transuehendis minimè hæc cymba sufficeret plané. Quid opus est tibi monitore ad aperiendas eorum miserias, quas tu subiectas oculis tuis habuisti? Quòd si pro angustia temporis liceret (iam enim video propiùs nos applicare ripæ) narrarem & millia aliorum tyrannorum, ex quibus crescceret etiam magis tibi opinio eorum calamitatis. Nam illud possum quod certò

certò scio, tibi verum confirmare, nullum ferè me vidisse vnquam tyrannorũ huc descendentium (descendunt porrò omnes) qui non vel alicuius veneni infectionem, vel magnas vlcerum cicatrices, & sanguinolentæ alicuius mortis horrida signa præ se ferret. Ita mirum est videre tot ac tantos necatos, confossos, cruentatos, trucidatos. PAL. Quis nunc se tantis in malis tyrannum vnquam esse optabit? quis imperia assequi quæret, quæ iam certius certo cognosco magis fugienda esse, quàm Medusæum caput? CHAR. Audisti quibus apud superos tyranni malis torquentur: sed si intelligeres quæ hîc apud inferos grauiora etiam illis parantur, perhorresceres & longè magis eorum sortem. PAL. Ergo & alia hîc tyrannis parantur? CHAR. Credis, Palinure, scelera quæ patrant mortales, hic aliquando impunita esse? PAL. Hoc modò animaduertebam. CHAR. Animaduertendum est igitur tibi, quodcunq; in vita peccatur, pari demùm post mortem & respondente peccatis pœna puniri. Nã vt capias quod dico: si tu, Palmure, artem tuam nauicularian viuens malè exercueris, si in dominum tuum mali quicquam vel cogitaueris, vel commiseris, si maudiens dicto suo extiteris, inuenies hic tibi præparatas his quæ deliqueris, similes pœnas. PAL. Nihil profectò, Charon, scio quod malè egerim, vel in dominum meum peccauerim, nisi somnolentam illam dormitationem meam, qua negligentiùs certò quàm debebam, me gessi. Nam magno in periculo nauim simul & dominum quem vehebat meum reliqui, nisi vigilantior ipse & cautior melius sibi consuluisset: sed pœnarum satis tum ob hoc crassum peccatum meum etiam in vita recepi. CHAR. Recipies etiam in morte. Ibis enim quum è naui te dimisero, ad seueros iudices nostros, qui examinant & censent delicta omnium. Ducent quoque te in examinationem, scrutabuntúrque crimina

tua.

tuâ. Videor verò videre quali te iudicabunt pœnæ subiÿciendum. PAL. Quali? CHAR. Parem peccato tuo tibi pœnam statuent. Nam quum somno peccaueris, æterno etiam te somno damnabunt. PALIN. Dormiam ergo in æternum? CHAR. Ita puto: nisi grauius sit aliud peccatũ tibi. PAL. Sic mites habeam iudices, vt non sit grauius aliud mihi. CHAR. Nullam ergo nisi somni pœnam patieris. PAL. Non hæc grauis pœna mihi videtur. CHAR. Neque asinis etiam & bobus: at magnis & excellenti aliqua virtute præditis viris grauissima existimatur. PAL. Quas verò, dic pœnas perferent tyranni? CHAR. Audis tot clamantes & lamentantes voces? tot horrificos planctus? tantum stridorem ferri? tot tractus catenarum? PAL. Delectabat me adeò sermocinatio tua, vt his minimè animum intederem. Sed quid audio tam triste atque horrendum, quod præ horrore pœnæ dures meæ sustinere non possum? CHAR. Sunt hæc quæ audis, tormenta tyrannorum. Nam quum illi in vita carcere quenquam incluserint, spoliauerint, flagellauerint, trucidauerint, in summum luctum, in summam egestatem & calamitatem deduxerint, damnati sunt etiam ab incorruptis iudicibus ad perferendas pares pœnas. Ideò teterrimis quoque carceribus inclusi, spoliati, flagellati, rotati, cæsi membratim, ac mille atrocissimis mortibus cruentati, tantos edunt quantos audis gemitus, tantum luctum, tot ac tantos reboatus, clamores atque eiulatus. PAL. Dic etiam mihi, Charon, an his pœnis plectuntur qui magni atque primarij tyrannis assistunt? CHAR. Prorsus ijsdem: nam suasu & consilio eorum maximè committunt tyranni scelera sua. PAL. An & in vita illi beati? CHAR. Non secus ac tyranni quibus assistũt: nam ijsdem quoque malis subiecti sunt. eadem enim sunt in eos populorum odia, maiora etiam inter se, eædem curæ, eadem po-

dem pericula: & quod miserabilius est, deijciuntur sæpè à tyrannis suis, & vel carcere, vel morte aliquando pessima afficiuntur. PAL. Tanta est ergo, tamq; generalis omnium calamitas. Vllam verò prorsus esse putas hominũ sortem, quæ beata duci possit? CHAR. Imò beatos aliquos non nego fuisse mortales, sed perraros tamen. PAL. Quos perraros? CHAR. Qui amore virtutis & literarum contempserunt cætera Mundi bona: qui se innocuos, puros, castos, integros, incorruptos conseruantes, extulerunt animum altiùs ad quæstandam diuinam excellentiam, humana quasi sordida & abiecta relinquentes. Nam virtus per se tam dulcis tamq; iucunda res est, vt incredibiles amatoribus suis afferat voluptates. Tam nobilis & præstans est eius possessio, vt summa quadam vbertate ditet possessores suos. quam qui verè est assequutus, nihil præter literarum studia dulce, nihil præter Dei cognitionem habet amabile. Quæ tantùm prædulcia sibi bona stabilia, perpetua, incorrupta præeligit, custodit, amplectitur. Reliqua verò mundi, supremo tandem gustu amara, infirma, momentanea, corruptibiliora fuco, mendaciora filo, inamœna bila, ieiuniora papis volantibus, fugit, contemnit, abijcit, conculcat: contenturq; seipso, ac honestissimis suauissimisq; studijs suis, totum nihili mundum ducit, ruentem etiam non formidat. In his recreatur, refocillitatur, lætam & iucundam agit vitam, ridet tantas hominum, tamq; stultas, & vltrò sibi quæsitas anxietas, tot ineptias, tot cassos labores, tot inanes curas. Nemini nocet, nemini molestus est. Laudant eum omnes prædicant, admirantur, beneuolentia complectuntur, fauore prosequuntur. Quàm verè hic beatus est, qui conscientiæ suæ innocentia & integritate fruitur? Quod primum est, & dulcibus omnibus, bonus securusq; sui, nullo timore angitur, nulla angustia torquetur,

non

non timet largas (quibus caret, quasq; nihil facit) diuitias sibi à potentioribus eripi. Non timet à quocunq; se lædi, qui nec quenquam se læsisse certò intelligat. Quàm verè hic felix est, qui tot tantisq; semotus curis & periculis, tantarum vacuus perturbationum, sibi semper alijsq; iucundus, lætetur semper, & omnibus quotquot sunt mundi honestis, & his etiam quæ cælibum communes sunt, perfruatur voluptatibus: qui humanioribus sanctioribusq; deditus studijs, contemnat omnia, contemnensq; omnia possideat. Nam is possidere omnia videtur, non qui omnibus abundet, sed cui nihil deficiat. Porrò illi nihil deficit, qui nihil concupiscit. Concupiscens autem nihil, contemnit omnia: contemnensque ita id assequitur quod desiderat. Desiderio verò suo frui, ea demùm vera & sola beatitudo, beatorumq; omnium plenitudo est. PAL. *Hi ergo quum nihil mali egerint, pœnarum etiam nihil patiuntur.* CHAR. *Nihil prorsus, imò propter transactam benè vitam, meritum magnum assequuntur.* PAL. *Quod?* CHAR. *Vel cœli fiunt incolæ communicantq; æternùm illis cœlestibus bonis: vel si hunc descendunt, mittuntur in Elysium: qui locus est quietis ac deliciarum, vbi sedes fortunatæ, campi aperti, læti, omnium omninò pœnarum expertes.* PAL. *O si mihi ad mortales redire aliquando contingeret, inclamarem quàm magna possem voce, admonerem de suo quemque officio & dignitate, accusarem tantam laborum frustrationem, tantam curarum vanitatem, tot corruptas opiniones, peruersaq; iudicia: sed quàm maximè increparem, qui vel magistratu quopiam magno vel imperio cæteros antecedunt; ostenderem tanta quæ anteà ignorabam sed te docente nunc intelligo, mala eorum grauissima, dictu horribilia: reuocarem omnes à vitijs, ab inferendis iniurijs, ad meliorem victum, à superflua agendarum rerum cura: incen-*

derem

derem desiderio virtutis, laudarem innocentiam, prædicarem frugalitatem, exhortarer cunctos ad bene, grauiter, casligate & viuendum, ad se cognoscendum, ad contemnendum tot caduca, & somni cuiusdam vel vmbræ magis similia munda bona: inuitarem ad honestas artes, ad ingenuas exercitationes, ad studia literarum, ad spem ac contemplationem diuinæ bonitatis. CHA. Et rectè sanè: sed vides nos ripam attigisse, egredere iam. PA. Et iam egressus sum. Ad iudices eo. Placidam opto tibi semper nauigationem. Salue, ô Charon, & vale. CH. Et ego ad reliquas vmbras redeo. Placidos opto tibi semper iudices. Salue Palinure, & vale.

GILBERTI COGNATI ANNOTATIONES.

a CITERIORE hac ripa errantem.] *Secus inferorum amnium ripas eos vagari alibi docuimus, qui sepultura carerent.* b Desolatio Troiæ.] *De ipsa Troia atq; eius excidio annotauimus quædam in libro de Sacrificijs.* c Propter Helenæ raptum.] *Helena publica pestis Asiæ & Græciæ, vt cuius gratia tam atrox & diuturnum bellum cum tanta hominum & rerum impensa pugnatum sit.* d Non est tam magna vt existimas, Palinure, eorum beatitudo.] *Commendationem vitæ priuatæ ac mediocris, quæ omnium maximè tuta est, cùm regum & diuitum vita sit contrà plena miseriarum, metus, timoris, curarum & insidiarum hic habes, tum apud Euripidem in Iphigenia, & in Aulide. Multi enim ex principibus foris ac intrinsecùs beati apparent, sed reuera non sunt, imò miserius ætatem agunt, quàm etiam infimi quiq;.* e Quàm dulcem esse arbitraris amicorum inter se, & æqualium parem vitam.] *Cicero 1. Officiorum: Nihil amabilius, nec copulatius, quàm morum similitudo bonorum. in quibus enim eadem studia sunt, eædem voluntates, in his fit, vt æquè quisque altero delectetur, ac seipso, efficiturque id, quod Pythagoras vltimum in amicitia putauit, vt vnus æquè fiat ex pluribus. Hæ autem*

necessitudines sunt communes eorum vtriq;, quibus vterq; cum altero æquè deuincitur. Idem Cicero in lib. de Amicitia Lælius: Recordatione nostræ amicitiæ sic fruor, vt beatè vixisse videar, quia cum Scipione vixerim, quo cum mihi coniuncta cura de rep. & de priuata fuit, quo cum domus fuit & militia communis, & id in quo est omnis vis amicitiæ, voluntatum, ac studiorum summa consensio. f Frons hominum.] *Monemur hic, non temerè fidem habendam, nec fronti, nec blandiloquentiæ. Sæpe enim hæc duo fraudis & insidiarum tegumenta, & incircumspectis ac nimium credulis grauium malorum caulæ existunt. g* Priuati libertate.] *Quamuis innatum sit omnibus hominibus libertatis desiderium, tamen adeò libertas dulcis est, vt olim legati Spartanorum præfecto Persarum dederint hoc responsum dignissimum memoratu: Seruus tu quidem esse nosti, libertatem autem nondum experius es, vtrum sit dulcis, an non: quæ si tibi experta foret, non vt hastis, sed vt securibus pro ea dimicaremus, nobis suaderes. Veteres Romani coluerunt deam Libertatem, vt Cicero lib. 2. de Natura deorum scribit; & authore Liuio lib. 24. Sempronius Gracchus pater in Auentino ex multatitia pecunia ædē Libertatis faciendam curauit, dicauitq;. Lucianus noster in Encomio Demosthenis, sub finem: Seruitutē accipiens abiecta libertate, in qua mori est honestissimū. Idem in Gymnasiis: Quæ in se comprehensim vniuersam hominum felicitatem complectatur, nempe libertatem dico. Idem de Mercede conductis: Voluptas quæ ex libertate percipitur, multò suauior est. Erasmus noster in ea declamatione qua Lucianicæ respondet: Quid tam dulce, quid iam exoptatum, quàm libertas? h* Plurimùm miseram reddit mortalium vitam instabilitas.] *De instabilitate rerum humanarum, iterum Lucianus in Icaromenippo, circa initium. Hospitalius in epist. ad Franciscum Lotaringum:*

Annibal, & Pompeius item, duo lumina, gentis
Quisq; suæ, multas bello retulēre coronas,
Collatis ausi toties decernere signis:
Victus vterq; fuit documento, quàm nihil vsquam
Perpetuum solet in terris fixumq; manere,
Humanis quàm nulla subest constantia rebus.

i Deipho-

Deiphobus.] *Priami filius ex Hecuba: hic, Paride interempto, Helenam duxit vxorem: cuius dolo & proditione à Græcis, quos illa in cubiculum dormientis intromisit, fuit interfectus. de quo Virg. 6. Aen.*

Atq; hîc Priamidem laniatum corpore toto
Deiphobum vidit, lacerum crudeliter ora:
Ora, manusq; ambas, &c.

VIRTVS DEA

ARGVMENTVM.

Hîc Virtus à Fortuna malè habita describitur, lacera & mœrens, & quę nec ad Iouis aspectum admitteretur: quę profectò virtutis species nostrę ętati conuenire videtur, vt etiam hi ferendi sunt, qui peregrino eam habitu effingêre. Et apud Mercurium queritur, atquè ait: Quum pro me dicere vellet Plato, expulsus est. Ciceroni pro me dicere incipienti, M. Antonius grauissimum colaphum in os intulit: destituor itaq; ab omnibus amicis, armatorum vim impetumq; timescentibus: atq; ita relicta, pugnis cæsa, calcibusq; sum conculcata: atq; vt vides, à Fortuna dilacerata. Adij Iouem, vt iniurias apud eum exponerem: mense toto non sum admissa, rogitanti mihi deos exeuntes, causam dixerunt, Iouem vacare vt tempore cucurbitę floresçant, aut papilionibus alę concinnè sint pictę. Rogatq; tandem Mercurium, vt causam suscipiat. nam sibi despectę nudęquè latitandum esse.

Interlocutores.

MERCVRIVS. VIRTVS.

VIRTVS *dea per epistolas orauit modò, vt ad se irem. Eo, vt perconter quidnam me velit, illicò ad Iouem redibo.* VIR. *Salue, Mercuri; ago tibi gratias, quandoquidem tua*

in me pietas atque benignitas, efficit vt non penitùs despecta ab omni cœtu deorum sim. MER. *Expecto quid narres: tu modò perbreues narrationes facito. nam ednixit, vt confestim ad se redirem, Iupiter.* VIR. *Etiámne tecum nobis non licebit nostras ærumnas exponere? Quos igitur habebo vltores iniuriarum, si non modò apud ipsum maximum Iouem, verùm & apud te, quem semper in fratris locum habui, colui, obseruaui, condolendi facultas negatur? O me miseram, ad quos confugiam? vnde auxilium petam? Me quidem, cùm ita despiciar, malo esse truncum aliquem, quàm deam.* MER. *Tandem effare, dum præbeo operam.* VIR. *Viden' quàm sim nuda & fœda? Hoc ita vt sim, efficit Fortunæ deæ impietas atque iniuria. At eram sanè ornata apud Elysios campos, inter veteres illos amicos, Platonem scilicet, Socratem, Demosthenem, Ciceronem, Archimedem, Polycratem, Praxitelem, & eiusmodi viros doctos, qui me, dum vitam agebant, pijssimè atque religiosissimè coluere. Interea loci cum iam non pauci salutatum ad nos aduolâssent, euestigiò Fortuna dea insolens, audax, temulenta, procax, maxima armatorum turbâ consepta atque stipata, properans ad nos, iactabunda: En, inquit, plebeia, túne maioribus dijs aduentantibus non vltrò cedis? Dolui iniuriam nobis immeritis eo pacto fieri: ac nonnihil ira concitata, inquam: Neque tu maxima dea his verbis me plebeiam efficies: neque si maioribus cedendum est, tibi turpiter cedendum censeo. Illa verò illicò in conuitium sese effert aduersum me. Prætereo hîc, quas contumelias in me primùm dum hæc inter nos geruntur, effuderit: idcirco Plato philosophus cœpit contra eam, nonnulla de deorũ officijs disputare. Illa excandescens: Apagite hinc verbosi, inquit. Non enim decet seruos deorum causam suscipere.*

Cœperat

Cœperat & Cicero orator plura velle suadere. at ex turba armatorum erupit, Mercuri, Antonius prepotens, latera illa sua gladiatoria ostendens, grauissimúmque pugnum in os Ciceronis iniecit. hinc cæteri mei amici perculsi metu, fuga sibi properè consuluêre. neque enim Polycletus periculo, aut Phidias scalpro, aut Archimedes horoscopo, aut cæteri inermes aduersus audacissimos armatos, eosq; prædis atque homicidijs suetos, bello ad sese tuendos valebant. Ergo me infelicissimam ab ipsis dijs omnibus qui tum aderant, atq; hominibus desertam, pugnis ac calcibus totam confregêre, vestes meas diripuêre, in lutum postratam reliquêre, demum abiere ouantes. Ego verò ita confecta, cum primùm licuit, conscendi huc vt Iouem opt. max. his de rebus facerem certiorem. Iam quidem mihi vt intromittar expectanti, mensis elapsus est: dumq; id vt impetrem, omnes deos exeuntes atque redeuntes precor, nouas semper aliquas excusationes audio. Aut enim deos aiunt vacare vt in tempore cucurbitæ florescant, aut curare vt papilionibus alæ perpulchrè pictæ adsint. Quid? igitúrne verò aliquid semper habebunt negocij, quo nos exclusas teneant ac floccipendant? Tum etiam & villicus suscepit curam dudum, ne cucurbitæ siti perirent: nos tamen neq; dijs neq; hominibus cordi sumus. Has ob res te iterum atq; iterum precor obtestorq;, Mercuri, qui semper apud deos ipsos interpres extitisti, vt causam hanc meam iustissimam atq; pijssimam suscipias. Ad te confugio, te supplex oro. In te omnis mea sita est spes atque expectatio. Da quæso operã, ne dum à vobis excludor, ipsis quoq; mortalibus sim ludibrio. Nam erit quidem dedecus deorum ordini, vbi homunculi me tametsi infirmam deam floccipendant. MER. Audiui: doleo. verùm pro vetere nostra amicitia vnũ admoneo, duram nimis atque difficilem causam te aduersus Fortunã suscepisse.

scepisse. Nam & Iupiter ipse, vt cæteros omittam deos, cùm se ob accepta beneficia nimium Fortunæ debere sentiat, illius vires atque potentiam veretur. Ea enim ad cœlum diis ascensum præstitit: atq; vbi velit, valens sua armatorum manu eiiciet. Quæ de re, si sapis, inter plebeios deos ignota, quoad Fortunæ odium extinctum sit, latebis. VIR. *Aeternum latitandum est. Ego & nuda & despecta abeo.*

EPIGRAMMATA LVCIANI.

Λουκιανὸς εἰς τὴν ἑαυτοῦ βίβλον.

Λουκιανὸς τάδ' ἔγραψε, παλαιά τε μωρά τε ἀλλὰ
Μωρὰ γὰρ ἀνθρώποις ἢ τὰ λοκοῦντα σοφά
Οὐκ ἐν ἀνθρώποισι δόκιμόν τι νόημα.
Ἀλλ' ὃ οὐ θαυμάζεις, τοῦθ' ἑτέροισι γέλως.

Lucianus in suum ipsius librum.

Iacobus Micyllius.

Lucianus scripsit hæc, antiquaq; stultaq; doctus:
Id quoq; enim stultum est, quod tibi valde sapit.
Nil homini certum est, nec voto viuitur vno:
Sed rident, eadem, hic eleuat, ille probat.

GILBERTI COGNATI ANNOTATIONES.

a παλαιά.] *Non solùm antiqua significat, sed etiam fabulosa, fatua, leuia, qualia sunt quæ nimis vetustate obsoleta sunt, quo sensu hic accipitur hæc vox: sic & apud Aristotelem sæpe. Hoc epigramma sic vertit Alciatus:*

Stulta quidem in speciem lusi, sapientia quando
Nil humana aliud quàm mera stultitia est.
Haudquaquam est homini certę perfectio mentis:
Approbet hęc aliquis, rideat hęc alius.

εἰς ἀσώτους τὸν αὐτόν.

Τὸν πατρικὸν πλοῦτον νέῳ ὧν [a] θήρων ὁ μινίππου.
Αἰσχρῶς εἰς ἀπάτας ἐξέχεεν λαπάνας.
Ἀλλά μιν ὀκτίμων πατρικὸς φίλος ὡς ἐνόησεν
Ἤδη λαφαλέην τρόμφορον πενίην,
Καί μιν λακρυχέων ἀνελάμβανε, καὶ πόσιν αὐτὸν
Θῆκε θυγατρὸς [b] ἑῆς, πόλλ' ἐπιμηλία λέξας.
Αὐτὰρ ἐπὶ θήρωνι παρ' ἐλπίδας ἦλυθε πλοῦτος
Αὐτίκα τῶν αὐτῶν πρίφτ' ἐν λαπάναις,
Γαστρὶ χαριζόμενος πᾶσαν χέεν ἃ κατὰ κόσμον.
Τὴν θ' ὑπὸ τῷ μιαρᾷ γαστέρα [c] μαργοσύνην.
Οὕτω μὴ θήρωνα τὸ λοῦτρον ἀμφικάλυψεν,
Οὐνομάχης [d] πνοίης κῦμα παλιρρόθιον.
Εὐκτήμων δ' ἐπάκρυε τὸν λοῦτρον ὃν ἔτι λαῖνον,
Ἀλλὰ θυγατρὸς ἑῆς πῶκα τι καὶ θάλαμον.
Ἐγὼ δ' ὡς οὐκ ἔστι κακῶς μιχθημένον ἄνδρα
Τοῖς [e] ἰδίοις, ἢν πιστὸς ἐὼν ἀποτείοις.

In Theronem prodigum. Eiusdem.

Luscinius.

Quum iuuenis Theron bona, filius ille Menippi,
Patria inexhausta perderet ingluuie:
Diues opum quidam dolet hinc accedere duram
Pauperiem, patri iunctus amicitia.
Et miserum lachrymis sic consolatur obortis:
Sume animum, dos est en tibi summa gener.
Ille vbi iam præter spem partas, sorte nouata,
Sensit opes, priscum concipit ingenium.
Omnis in hoc labor est, ventri vt famuletur inerti,
Per phas atq; nephas, sic perijsse iuuat.
Hinc inopem rursus socer arguit, omnia retrò
Dum fluitare videt, fortéq; lapsa simul.

Iamq; madent genæ, & luctu miser omnia complet,
Nec Theron, sed dos iam dolet, & soboles.
Heu nimium serò didicisse iuuat, alijs non
Esse bonum, quisquis non fuit ipse sibi

ANNOTATIONES.

Dementem esse, qui frugi sibi eum futurum spondet, à quo res familiaris per summum dedecus iam olim profusa est. Veluti cum innumeris, tum maximè hoc præsenti exemplo discamus licebit diuitis, qui filiam eum amplissima dote, perdito iuueni elocauerat. Magno nimirum suo malo discens, quanto periculo perfido fidamus.

a Θήρων.] *Thero, Menippi filius.* b ἑῆς.] *Suæ.* c μαργοσύνῃ.] *venereæ libidini, quæ gula turpior ac fœdior est.* d πενίης κῦμα,] *à naufragijs translatum.* e ἰδίοις.] *bonis.*

εἰς τὸν ἀνθρώπινον βίον.

Θνητὰ τὰ τῶν θνητῶν, κἠ πάντα [a] παρέρχεται ἡμᾶς,
ἤν τ' μὴ, ἀπ' ἡμέων αὐτὰ παρερχόμεθα.

In vitam humanam.

Venatorius.

Omnia nos fugiunt, nil non mortale tenemus:
Et si non fugiunt, nos tamen hæc fugimus.

ANNOTATIONES.

Indicat parum cordatos esse, qui se credant caducis ijs rebus, quę nobis sensim, nolentibus aliquando eripiuntur, sicut nos tandem mors vicissim illis subducit.

a παρέρχεται.] *cùm mortales omnes simus.*

εἰς αὐταρκείαν.

Ὡς τεθνηξόμενος, τῶν σῶν ἀγαθῶν ἀπόλαυε.
ὡς βιωσόμενος, φείδεο σῶν κτεάνων.
Εἰ δ' ἀνὴρ σοφὸς οὕτως, ὃς ἄμφω ταῦτα νοήσας,
φειδοῖ κἠ λαπάνῃ μέτρον ἐφαρμόσετο.

In

In sufficientiam.

Venatorius.

Vtere diuitijs, veluti iamiam moriturus:
Ceu sis victurus, tu quoq; parce tuis.
Ille sapit verè, qui res perpendit vtrasque:
Parcus erit certo tempore, largus erit.

ANNOTATIONES.

Huius epigrammatis priores duos versus vertit Ausonius, apud quem Menandro adscribitur. Quo docemur, in dispensandis opibus, & mortis certissimæ futuræ, & vitæ incertum producendæ habendam esse rationem: ne videlicet tenacius conseruemus, aliquando post mortē reliquenda: aut inconsulto profundamus, futuris vsibus conseruanda. Nam id posterius etiā Paulus prospiciendum admonet 2. Corinth. cap. 8. dum ait: Benefaciendum esse alijs, non vt illis sit relaxatio, dantibus autem angustia. Isocrates ad Dominicum: ἐδὲ τὸν πλοῦτον παρακαίρως ἠγάπα, ἀλλ' ἡπόλαυε μὲν τῶν παρόντων ἀγαθῶν ὡς θνητὸς, ἐπεμελεῖτο δὲ τῶν ὑπαρχόντων ὡς ἀθανάτου: id est, neq; immodica diuitiarū cupiditate tenebatur, sed præsentibus fruebatur, vt mortalis: parta verò conseruabat, vt immortalis. φάδεο flexū habet Ionicū imperatiui in voce passiua, loco cuius cōmunis lingua habet φάσθω.

Τοῖσι μὲν οὖ πράσσουσιν, πᾶς ὁ βίος βραχὺς ἔτι.
Τοῖς δ' ἰλακῶς, μία νὺξ ἄπλετός ἐστι χρόνος.

Vitus Amerp.

Felici breuis est etiam longissima vita,
Nox ingens miseris temporis vna mora est.

ANNOTATIONES.

Versiculi apti & verissimi. Qui vitę huius delicijs ita fruūtur, vt nulla intercidat calamitas, breuissimè omniū viuunt. Rursus qui in ærumnis degunt, diutissimè, vt verū sit quod ait ille: *O nox quàm longa es, quæ facis vna senem.* Et Comicus senex, quem morę impatientia plurimùm torquebat: *Dum moliuntur*, inquit, *dum comūtur, annus est.*

Οὐχ ὁ ἔρως ἀλικᾶ μερόπων γνόφ', ἀλλ' ἀκολάσιος
Ψυχᾶς ἀνθρώπων ἔσθ' ὁ ἔρως πρόφασις.

Venatorius.

Non amor innodat mentes hominum, sed amorem
Criminis accusant, mens quibus est misera.

Distichon clarum, nihilq; habens difficultatis.

Ὡ κᾶσα χάεντις, γλυκερώτερα. ἢν ὑ βραδαίη,
Πᾶσα χάεις λυγρὴ, μὴ ὑ νέον οἷο χάεις.

Ausonius in Epigrammatis expresit.

Luscinius.

Munificus gratare citò, quò dulcior adsit
Gratia: nam longa mox perit illa mora.

ANNOTATIONES.

Erasmus meus in adagio, Bis dat qui citò dat, distichum planum facit.

Gratissimum est officium, quod præstatur in tempore. Contrà intempestiuum officium plerumq; molestũ esse solet. Igitur qui gratificari volet amico, ne differat beneficium. Non enim de nihilo dicitur, Bis dat qui citò dat. Est enim (authore Seneca) ingratum beneficium, quod diu inter manus dantis hęsit. Plautus:

Nihil differt ab inimicitia, intempestiua beneuolentia.

De cessatoribus amicis extat elegantissimus apologus Æsopi apud Gel. lib. 2. cap. 29.

Φαῦλ' ἀνὴρ, πίθ' ὃς τιμωμένῳ, ἂς ὄμ' ἀπάγῃς
Αὐτλῶν τὰς χάεντας, ἃς λινὸν ἐξέχεας.

Luscinius.

Rimarum plenus perdit tua dona sceleſtus:
Si sapis, integro vina reconde cado.

ANNOTATIONES.

Innuit hoc distichõ, non aliter perire omne beneficiũ, quod in hominẽ improbum & ingratum confertur, atq; si in vas perforatum effunderes. Planũ fit ab Erasmo in Prouerbijs, cribro aquam haurire, & inexplebile doliũ.

Ἀ'θρά-

Ἀνθρώπους μὴ ἴσως λήσεις ἄζηπόμπι ποιοῦσα,
Οὐ λήσεις δ' θεὸς ὃν λογισμῷ.

Bergius.

Improbe mortales quamuis tua crimina celes,
Fallere cœlestes non potes ipse deos.

ANNOTATIONES.

Quamlibet tandem homines improbè & sceleratè agendo fefellerimus, Deos tamen ne cogitatione quidẽ fallere possumus.

Οὐδὲν ἐν ἀνθρώποισι φύσις χαλεπώτερον ἔργον
Ἀνθρώπου, καθαρὰν,[a] ψευδομένου φιλίαν.
Οὐ γὰρ ἔθ' ὡς ἐχθρὸν προφυλασσόμεθ', ἀλλ' ἀγαπῶντες
Ὡς φίλον,[b] ἐν τούτῳ πλείονα βλαπτόμεθα.

Obsopœus.

Nil homine inuenit natura nocentius illo,
Quàm qui synceram fingit amicitiam.
Non hostis vobis vlrà, sed habetur amicus,
Talis: & hac ista lædimur arte crebrò.

ANNOTATIONES.

Fucato amico, & amicitiam simulante, nihil est vsquam pestilentius ac nocentius. Alia enim mala, priusquam lędant, nonnihil minantur, veluti prognostica illa vulgaria tempestatum. Domus culturę, crepitu futuram prænunciant eladem. Canes prius latratum edunt quàm mordeant. Sagittę per aëra strident antequàm feriant. Scorpiones ante ictum lambunt. Serpentes sibilant. Ab aperto inimico caueri potest, at mentiens amicitiam caueri non potest.

a ψευδομένου.] *simulantis.* b ἐν τούτῳ.] *hoc pacto.*

εἰς μυστήριον.

Ἀρρήτων ἐπέων γλῶσσαν σφρηγὶς ἐπικείσθω.
Κρείσσων γὰρ μύθων, ἢ πλειάνων φυλακή.

Obso-

Obsopœus.

Fac arcana premat taciturnæ custodia linguæ,
Sermonum custos est mihi maior opum.

ANNOTATIONES.

Linguæ petulantia non parùm multis certum attulit exitium, proinde moderanda est, & audienda nobis Minerua apud Sophoclem Vlyssem sapienter & salubriter admonens. Silendo nemo peccat, loquendo persæpe. Xenocrates interrogatus, quur solus linguam suam cohiberet? Quia dixisse me, inquit, aliquando pœnituit, tacuisse nunquam. Ab hoc epigrammate non discrepat Hesiodi sententia:

Γλώσσης τοι, θησαυρὸς ἐν ἀνθρώποισιν ἄριστος.
Φείδωλῆς πλείστη χάρις ἠπιόφρονος ἰῆσθαι. id est,
Optimus est homini linguæ thesaurus, & ingens
Gratia quæ parcis mensurat singula verbis.

Πλεῖστοι δ' ὀλίγης ψυχῆς, πλεῖστοι μὲν ἀμάρτους,
Τ' ἄπλατ' ἔχει ὠτίλῳ [b] πλείονα τῶν ἑτέρων.

Τόνδε πολυκτέανον, καὶ πλούσιον ὄντα δίκαιον
Κλήσαι, ὃς χρῆσθαι τοῖς ἀγαθοῖς δύναται.

Εἰ δέ τις [c] εὖ ψήφοις κατατέτριται, ἄλλον ἐπ' ἄλλῳ
Σωρεύειν ἀεὶ πλοῦτον ἐπαγόμενον.

Οὗτος [d] ὁποῖα μέλισσα πολυτρήτοις ἐνὶ σύμβολοις
Μοχθήσας, [e] ἑτέρων θρυψομένων τὸ μέλι.

Sleidanus.

Nobilis est animi thesaurus, nobilis ille
Postrema quisquis parte locabit opes.
Diues erit verè, qui fidos inter amicos
Largiter effundit parta labore bona.
Sed genium quisquis defraudat, opesq; tenacem
Congerit in testam, quo numerare queat,

Qualis

Qualis apes, frustra studio complebit auaro
Vascula, mox fuco diripiente fauos.

ANNOTATIONES.

Animi diuitias veras esse. & cum rectè dici diuitē, qui verum diuitiarum vsum norit, hoc epigramma innuit.

a ἔχει αὐτάρκ.] *virtutes, præcipuè αὐτάρκεια & frugalitas.*
b πλείονα τῶν κλεανῶν.] *quæ possessionibus & facultatibus copiosiores potioresq; sunt.* c δι' ψήφοις.] *calculis, rationibus.*
d ὁποῖα.] *veluti.* e ἑτέρων.] *hæredum, furtim plerumq;, & eorum qui testamenta subijciunt.*

Ἀγρὸς ἀχαιμενίδου γῆ νόμῳ ποτὲ, νυνὶ δ' ἐμοί πω.
Καὶ πάλιν ἐξ ἑτέρου, βιόομαι ἄλλοτε ἄλλου,
Καὶ γὰρ ἐκεῖνος ἔχων μ' ἐπόει ποτ' ἄγιζε, καὶ πάλιν οὕτως
Οὕτω καὶ δ' ὅλως ἀδέσποτος, ἀλλὰ τύχης.

Vrsinus Velius.

Fundus Achæmenidæ fueram, nunc cedo Menippo,
Mox alium rursus, mox aliumq; sequar.
Vicę suum hic credit, sic me prius ille putauit:
Sed me, fortunæ sum, quia nullus habet.

ANNOTATIONES.

Nulli certam esse vllius rei possessionem, sed omnia esse fortunæ, probat agello quodam Achæmenidis, cuius subinde alius atq; alius erat possessor. Ager, inquit, fui quondam Achæmenidis, nunc me possidet Menippus. Mox hoc relicto, alium quæram dominum. Achæmenides me suũ esse putabat, idem credebat & Menippus, proprietatem nemo vendicabit, nam pro fortunæ arbitrio nunc hunc nunc alium sortior dominum.

a ᾤετο.] *putabat.* b ὅλως ἀδεσπ.] *Natura quidem nulli patriam esse, nec domum, nec agrum, ostendit Plutarchus in commentario de Exilio.*

Mỹ

Μὴ πλάων, φίλος ἢ θνητοῖς, φίλος ἢ μακάρεσσι·
Καί σευ ῥηϊδίως [a] ἴκλυον ὐξαμένῳ.
[b] Ἢν πλάσῃς, ὅδ' ἀεὶ ἔτι σοι φίλος, ἀλλ' ἅμα πάντα
Ἐχθρὰ, [c] τύχης τὴ ῥοπῆς συμπλαβακόμενα.

Vitus Amerpach.

Si non delinques, tibi diŭq; homines q; fauebunt:
Præstabunt faciles, quæq; præcatus eris:
Ast vbi peccaris, cessat fauor, omnia plena.
Sunt odiŭ facta & fors aliena tibi est.

ANNOTATIONES.

Felicib. amicos esse innuit & deos & homines: contrà infelicibus, & impingentib. in aliq; infortuniū seu dāmnū, nullos. Hoc est πταίειν, labi & impingere in dānū aliq;

a ἴκλυον] audiunt aŭ. b ἢν πταίσῃς.] *Theognis:* οὐ μοὶ ἔχουτ' ἐμὲ πολλοὶ φίλοι. *Ouidius:* Si fueris fœlix. τύχης τε ῥοπῆς.] huc aut illuc inclinantis.

Ἡβραδύπους βουλὴ μετ' ἀμείνων, ἢ ἦ ταχέα.
Αἶψα [a] ἐφιλκομένῳ τὴν μετάνοιαν ἔχει.

Sleidanus.

Sit mora consiliŭs. Nam si moderamine tractes,
Prosunt: vt stultè præcipitata nocent.

ANNOTATIONES.

Meditatū & lentū consiliū, celeri & præcipitata in cogitantia esse præstabilius: hāc comes sequitur pœnitudo:

a ἐφιλκομένῳ.] eam statim à tergo sequentem.

Ἓξ ὥραι μόχθοις ἱκανώτατοι αἳ δὲ μετ' αὐτὰς
Γράμμασι δὴ νυμφικὰ ξῦθι λέγουσι βροτοῖς.

Volaterranus.

Sex horæ tantùm rebus tribuuntur agendis,
Viueq; post illas, litera ξῦθι monet.

ANNOTATIONES.

Luciano hoc distichon in Græco Epigrammatū codice vetustissimo tribuitur, quod ita Max. Planudes exponit. Ad sextam, inquit, dici horam operari & laborare de-

re decet, post hanc ad cibum procedere, quod etiã manifestatur per notas & literas horologij. Nam si Græcas literas, quę septimam, octauam, nonam & decimam horam significant, *hoc est*, ζ, η, θ, ι coniungas, verbum ζῆθι exprimis, quod viue significat Latinè; ac si dicas, edas vt viuas, hoc est, vt ille ait, φάγε ἵνα ζῇῶ ἔχῃς. Vel id potiùs innuit, ad sextam vsq; horam laborandum, quæ & propterea melior diei pars esse videtur. Vnde & Paulus Iureconsultus lib. 1. ad edictum scribit, cuiusq; diei maior pars horarum est septem, primarum diei non suprematum, quæ verba habentur in Pandectis, titulo de verborum & rerum significatione. Iuxta hanc sententiam & quidam Virgilianum illud esse existimant:

Nunc adeò melior quoniam pars acta diei est. Martialis de his vulgaribus horis loquens, prima diei parte, quæ melior à Virgilio dicitur, solitos Romanos seriis rebus vacare ostendit: *Sexta*, inquit, *quies lassis, septima finis erit.*

Εἰ ταχὺς ἂς τὸ φαγεῖν, καὶ πρὸς ἄριστον ἀμύητος ἦρχες,
Τοῖς ποσὶ σὸ πρωΐ, μὴ πέμπε τῷ σώματι.

Luscinius.

Dum pedibus piger es, cursu superabere: si non
Bucca vorax tibi iam currat, edantq; pedes.

ANNOTATIONES.

Cursorem citò comedentem, & tardè currentem hortatur, vt deinceps pedibus edat, & ore currat, vt in Olympico certamine victor esse possit.

εἰς ἀδύνατον

Εἰς τί μάτην νίπτεις Αἰθίοπα, ἰσχνὸν ἔχων τέχνης,
Οὐ δυνάσῃ λευκῇ νύκτα καθηλιάσαι.

Sleidanus.

Aethiopem quid stulte lauas? Nam splendida nunquam
Nox fuerit, lumen Sole negante suum.

ANNOTATIONES.

In frustra laborantem, & impossibilia aggredientem. Quicquid enim natiuum, id haud facilè mutatur. Cæterum καθηλιάσαι, ppriè significat, sole illustrare. ἀς

εἰς Λυσώδεις

Οὔτι χίμαιρα ζιβδὸν ἔπνει λακὸν ἢ καθ' ὅμιλον,
Οὐκ ἀγέλη ταύρων, ὡς ὁ λόγ@ πνείπνυς,
Οὐ [a] λῆμν@ σύμπασ' [b] ἐχ ἁρπυῶν τὰ πνεισσά,
Οὐδ' ὁ φιλοκτήτ@ πὸς ἀρσιπόμβ@,
Ὡς τί σι [c] παμψήφια νικᾷν τηλίσιμα χιμαίρας,
Σπιδόνας, ταύρ@ς, ὄρνια, λημνιάδας.

Baptista Pius.

Mæonides non tale malum ſpiraſſe chimæram
Trigeminam, aut tauros credidit ignuomos:
Non omnem Lemnon, volucrum excrementa ſororum,
Aut Philoctetæ vulnera dira pedis.
Indicio quare populi Teleſilla chimæram
Vincæ, boues, ſanies, Lemniadas volucres:

ANNOTATIONES.

Nec chimæram Homericã, nec tauros igniuomos (de quibus Apoll. in 3. Arg.) nec totã Lemnũ, nec Harpyias, nec putridum pedem Philoctetæ ita malè olere dicit, ac Teleſillam. De Chimæra vide Homerum Iliad. ζ & η.

a ὁ λῆμι@ σύμπασα.] *non Lemniarum oris ſator.* b ἐχ ἁρπυῶν τὰ πνεισσά.] *Palephatus in Phineo, Harpyiæ in Phinei menſam inuolantes, cibos partim corripiebant, partim cùm ingluuiem ſaginaſſent, fœda contrectatione inquinabant, virulentoque a flatu polluebant.* c παμψήφια.] id eſt, *omnium calculis, vel iudicio.*

Ποῖα τὸ δαιμόνιον ἀιώατα, λᾷν ἢ παράδοξα:
Τὸς μικρὸς ἀνάγει, τὸς μεγάλ@ς κατάγει.
Κἄν σὲ πλὼ ὄρρωδῶ, κἢ τὸν τῦφον καταπάυσει,
Κἂν ποταμὸς χυσῶ νάματά σοι παρέχῃ.
Οὐ θρύον, ὁ μαλάχλευ ἄνεμ@ ποτὲ, τὰς δὲ μεγίσ@ς
Ἢ θρύας, ἢ πλατάνους, οἰδὲ χαμαὶ κατάγει.

Io. Sleidanus.

Multa poteſt Fortuna, vel inſperata, potentes
Deijcit, ac tenues ſubuehit illa viros.

Illa

Illa supercilium tibi protinùs auferet, & si
Aurifero madeat flumine tota domus.
Ventus enim maluam, limosaq; abstinet vlua,
Sed veteres ornos exagitare solet.

ANNOTATIONES.

Hoc epigrammate perquàm venusto, minatur superbis & arrogantibus, ne fortunę indulgentia abutantur, ne, quod plerunque vsuuenire solet, in altum sublati, ab eadem grauiore casu delapsi præcipitentur. Multa, inquit, fortuna potest, tametsi sint inusitata & inaudita: Paruos sursum ducit, magnos autem deorsum trahit: Etiam tuum supercilium & fastum sedabit: *id est*, compescet, etsi fluuius auri fluenta tibi exhibeat: non iuncum, non maluam ventus vnquam, maximas autem aut quercus, aut platanos nouit in terram prosternere.

εἰς Βρέφη.

Παίδα μι πεντατέτηρον ἀκηδέα θυμὸν ἔχοντα,
Νηλεὴς ἅδης ἥρπασε Καλλίμαχον.
Ἀλλά μι μὴ λιαλοίς. καὶ γὰρ βιότοιο μετίσχον
Παῦρα, καὶ παύρων τῶν βιότοιο λακῶν.

Vrs. Velius.

Quinquennem rapuit puerum immiserabilis Orcus,
Curarum vacuum nomine Callimachum.
Sed meslere caue. nam paucos, vt breuis, annos
Vixi, sic vitæ pauca sinistra tuli.

ANNOTATIONES.

Vitam humanā plenā esse lachrymis & calamitatibus, quotidianis experimentis verū esse discimus. Benè igitur actum videri cū ijs, q præmaturo in iuuēta subducuntur fato. Nulla enim gustauerunt vitæ incommoda.

εἰς ναυάγων.

Γλαύκῳ, καὶ Μυρῖ, καὶ Ἰνοῖ, καὶ Μελικέρτῃ,
[a] Καὶ βυθίῳ Ἀρονίδῃ [b] καὶ Σαμόθρηξι θεοῖς,

Σωθὰς ἐκ πολάγους Λεκίλλιε, ἄλλο λίκναρμα
Τὰς πίξας ἐκ λιφαλῆς: ἄλλο γὰρ οὐδὲν ἔχω.

Vrſ. Velius.

Glauce, tibi & Nereo, Inoúq; tibi & Melicertæ,
Et Neptune tibi, & quos Samothraces habent:
Seruatus pelago Lucillius, hanc ego tonſus,
Nil aliud quum ſit, dedico cæſariem.

ANNOTATIONES.

a ἐν βυθῷ.] *Neptuno Saturni filio maris deo.* b ἐν Σαμοθρηξὶ θεοῖς. *Cabiris. Horum meminit Herodot. in Euterp. Varro, lib. de Ling. 4. Pauſanias in Bœoticis.*

ἀπὸ γυναικῶν.

Εἰκάδα νικήσασ' ὑπὲρ ἱερὸν [a] ἀσπίδα μήλων,
Λαὶς θέᾳ ἐν ἱῷ κάτοπτρον, [b] κηδίλιον.
Μήνῳ ἐνικάθη καὶ γύναι, καὶ τὸν ἔλεγχον
Ἄνθετό οἱ παφίη, τὸν νεότητι φίλον.
Ἧς γὰρ ἰδεῖν εὐχὴ πολιῆς παναληθέα μορφῆς,
Τῆς [c] δὲ σωιχθαίρει καὶ σκιόεντα τύπον.

Ad huius imitationem confinxit Latinum tetraſtichon Auſonius.

Lais anus Veneri ſpeculum dico, dignum habeat ſe
Aeterna æternum forma miniſterium.
At mihi nullus in hoc vſus: quia cernere talem
Qualis ſum, nolo: qualis eram, nequeo.

a ἀσπίδα μήλων.] *apud Salaminã inſulã, & Plateas Bœotiæ vrbem.* b κηδίλιον.] *in prædã.* c ἐν σκιόεντι τύπῳ.] *imagine.*

εἰς ἄγαλμα ἀΦροδίτης, ἐν κνίδῳ.

Τλῶ Παφίῃ γυμνὴν ὀλίης ἴδον, ἤ δέ τις εἶδεν,
Οὔτ' ὀ τλὼ γυμνὴν σηάμεν' Παφίην.

Cornarius.

Nemo vnquam Venerem vidit: ſi quis tamen vnquam
Vidit, erit nudam hic qui Venerem ſtatuit.

ὡς τὸ

εἰς τὸ αὐτό.

Σοὶ μορφῆς ἀνέθηκα τιμῆς πυρικαλλὲς ἄγαλμα
Κύπρι, τιμῆς μορφῆς φέρτερον οὐδὲν ἔχων.

Cornarius.

Ipse decus formæ posui tibi pulchra Dione
Hac cum nil sola gratius ipse habeam.

εἰς ἄγαλμα ἠχῶς παρὰ τὸ Πανός

Ἠχὼ πῦρ οἰκοῦσ' ὀρέας φίλη Πανὸς ἑταίρη,
Ἀντίτυπον φθογγὴν ἔμπαλιν ἀσομένη.
Παντοίων τομάτων κάλλος εἰκόνα ποιμέσιν ὑλᾶν
Παίγνιον, ὅσσ' λέγεις, ταῦτα λιλύων ἄπιθι.

Cornarius.

En Echo in petris habitans ego, Panos amica,
Comparibúsq; sonis omnia quæ recino.
Oris imago loquens cuiusuis, agricolis sum
Deliciæ, audis quæ tu loqueris abiens.

εἰς ἀγωνίσας.

Οἱ σωαγωνισαὶ τὸν πυγμάχον ἐνθάδ' [a] ἔθηκαν
Ἄπιν, [b] ὀδύνας ὃς πώποτ' ἐπαυμάτισεν.

De Apide Pygmacho, qui neminem aduersariorum vnquam vulnerauit.

a ἔθηκαν.] *Statuam posuerunt.* b ὀδύνας.] *Imbellem Apim mordet.*

εἰς τὸ αὐτό.

Πᾶσαν ὅσλων ἔσλων ἴπλωσαν ἀγωνοθέτησιν ἄμιπαν
Πυγμῆς, ἀνθρόλιως πᾶσαν ἀγωνισάμλων.
[a] Ἔσχον δ' [b] ἐν πίσσῃ μὴ ἐν ὠτίον, ἐν δὲ πλαταιᾶς,
Ἐν βλέφαρον, πυθοῖ δ' ἄπνοθ' ἐπήρομαι.
Δαμοτέλης τὸ πατὴρ ἐκορύσσετο σὺν πολίταις,
Ἕρα μ' ἐκ παιδίων ἡνίκρὸν, ἢ λοιοβόν.

Androleus de se loquitur. Omne certamen, inquit, quodcunque Græci constituunt, pugillatus, ego Androleos decertaui. Retinui in Pisa vnam auriculam. In Plateis autem (quæ est ciuitas Bœotiæ, vbi sunt sepulchra & trophea virorũ fortium, qui Græciam liberauerunt) vnum supercilium. A Pythico autem, scilicet certamine, ἄπνοϑ, exanimis efferebãt. Damoteles itaque pater cum ciuibus armauit, *id est*, instruxit se, vt me tollat è statio, aut mortuum, aut mutilum.

a ἔσχον.] *Vix retinui.* b σὺ πίσυη.] *Olympiæ.* c σκορύσσϑ.] *Ad hoc*

εἰς γραμματικήν.

Ἱλαθι γραμματικὴ [a] φυσίζοε, ἵλαθι μῶσα,
[b] Φάρμακον ἱυρομένη [c] μείλιον ἄϑλα βιοῦ.
Ἐχθὲ γὰρ ἱστορικὰ λωμήσαϑαι,
Καὶ βωμὸν [d] ϑύεων μήποτ' ἀνούμενον.
[e] Καὶ γὰρ σὺν μεσαὶ μὲν ὁδοῖ, μεσὴ δὲ βάλασσα,
Καὶ λιμένοι πάντων πείρια γραμματικά.

ANNOTATIONES.

Hic precatur Grammaticam, vt ei sit propitia, dignamque putat cui templum condatur, & ara, &c.

a φυσίζοε.] *Victui hodie omnibus necessaria suppeditans.* b φάρμακον.] *Inopiæ.* c μείλιον ἄεθλα βιοῦ.] *Homeri prælectionem.* d ϑύεων.] *Sacrificiorum.* e καὶ γὰρ σὺν μεσαὶ.] *Alluſit his verbis ad illud quod est in principio Arati de Ioue: μεσσὴ δὲ διὸς πᾶσαι μὲν ἀγυιαὶ, πᾶσαι δ' ἀνθρώπων ἀγορὴ, μεσσὴ δὲ θάλασσα & λιμένες. Quod imitatus Virgilius dixit:* —Iouis omnia plena. *Porrò in vltimo carmine pro λέκτρια dicax, melius legitur δέκτρια susceptrix. Sic enim in vetustis legitur exemplaribus.*

εἰς δυσώδεις.

[a] Δαίμονα πομπαλαπῶν [b] ἰξόσμου ἐξορκισὰς,
Ἐξέβαλ' ἀχ ὄρκων, ἀπὸ λοιπῶν λιμάμει.

a δαίμονα.] *De quodam exorcista, os fœtidum habente, quã dæmonem eiecit, non coniurationibus, sed oris fœtidi purulentia, quũ sine fine multa garriret.* b ἰξόσμου.] *Os fœtidũ habens.*

ἀπὸ τῦ-

εἰς τύχλωπα.

Θιῦ μὴ ἐκτὸς, εἰ δὲ εἰς αὐτυχεῖ βροτός.

εἰς λεπτῆτα.

Τλῶ μικρολῶ παίξαν ἱρώτιον, ἅρπασε λάνωψ,
Η δί, τί φησιν; λῶ ξιῦ πάτερ, εἶμ' ἰθίλεις.
Τῷ πατρὶ θυμωθὲς διονύσιε μάρκ@ ὁ μικρὸς,
Πυῤῥολῶ σήσας, αὐτὸν ἀπηχ χόνισε.
Εν λαάμφ πῆξας ἀθίρας στρατόνικ@ ὁ λαπδὸς,
Καὶ τριχὸς ἐκδήσας αὐτὸν, ἐπηχχόνισε.
Καὶ τί γὰρ ἀχὶ λάτω βρῖσγω βαρὺς, ἀπ' ἐπὶχ αὐτῶν
Νλῶτμίας ὄσης, νικρὸς ἄνω πίταλαι.
Γάϊ@ ἐκπνεύσας τὸ παυλπάζων ἐχθὲς ὁ πιπλὸς,
Εἰς τλῶ ἐκκομιδλῶ ὁδὸν ἀφῆκγ ὅλως.
Καὶ πίρας ἐς ἀΐδλω λαταβὰς ὀῖ@ πυρ' ὅτ' ἴλη,
